CALENDARIVM

ECCLESIASTICVM NOVVM,

Ex Sacris literis, Probatisq; Sanctorũ Patrum synodis excerptum, Iuxta Omnipotentis DEI mandata in veteri testamento Mosi data:


In quo potissimum agitur de uera sacratissimi Paschatis, festorumq; mobilium celebratione, duum millium Annorum interstitio duraturum.

PER LVCAM GAVRICVM

Geophonensem Episcopum Ciuitatensium. Iussu Summorum Pontt. Iulij. II. Leonis. X. Clemen. VII. Pauli. III. In Vrbium Principe Roma supputatum.

Adsunt deniq; Fasti Iulij Cæsaris, & alia quamplurima noua, scitu digna astronomicam disciplinam profitentibus apprime vtilia.

[redacted]








VENETIIS APVD IVNTAS

M D L I I.



INDEX CALENDARII ECCLESIASTICI.

Aſtronomiam,& prȩſertim quȩ Arithmeticæ ſub alternatur, nullibi prorſus à religione chriſtiana diſſentire. in pagina. 1.

Ex lege diuina præcipitur diem Paſchatis ſacratiſſimi ſemper fore ab omnibus ſollemniter celebrandum. 6.

De pleriſque ſynodis ad fidei chriſtianæ corroborationem celebratis. 6.

Vnde ſæpius proueniat error maximus in Paſchatis ſacratiſſimi, feſtorumque mobilium celebratione. 7.

Mundi ſchemata ſecundum varias authorum opiniones. 8.

Anni ab Adamo ad Chriſtum. 12.

Qui ante & poſt Chriſtum claruerunt. 15.

De orbe ſiue Anno magno ab Adamo ad Chriſtũ quot Anni effluxerunt. 19.

De Annis vertentibus primeuæ ætatis. 22.

De Annis minimis. 24.

Chriſti ſeruatoris ſchema Cœlicum in die natalitio. 25.

Sibyllæ de Chriſto vaticinabantur. 26.

De Chriſti die natalitio hymnus. 27.

De Chriſti aduentu & reſurrectione. 28.

De Christi ascensione ad coelos. pagina.29.
De veri messiæ aduentu. 30.
De miraculosa Solis eclypsi in passione Domini. pagina.31.
De tempore resurrectionis Christi. 33.
De solstitijs & æquinoctijs. 35.
De introitu Solis in duodecim signa. 37.
Indictiones Cæsareas perscrutari. 38.
Nunquid Anni seruatoris sint communes, an intercalares siue bisextiles. 40.
De circlis Solaribus, & septem literis Dominicalibus, 41.
Quæ Rota bicipitis Iani dat picta calendas. 43.
Cyclos Lunæ & epactas supputare. 44.
De Aureo numero & epacta. 45.
Typus Aurei numeri & clauium festorum mobilium. 46.
De Mensibus diuersis. 48.
De diebus artificialibus,& noctibus. 56.
De horis dierum & noctuum. 57.
Luminarium coitiones supputare. 58.
Verum Paschatis diem reperire. 63.
Introitum Solis sub duodecim signis supputare. pagina.69.
Ferias mensium perenniter inuestigare. 70.
Ferias mensium diffusius perscrutari. 72.
Canon iuuestigandi diem Paschatis. 86.
Typus Aurei numeri, Epactarum & clauium fe

ſtorum mobilium. pagina.87.
Calendarium primum. 89.
Dies pleniluniorum ſupputare. 95.
Calendarium cum cyclo redacto ad cyclum Computiſtarum, 96.
Calendarium ſecundum. 100.
Calendarium vltimum de Paſchatis, feſtorumque mobilium celebritate.2030. Annorum interſtitio duraturum. 106.
Paſchatis dies ſecundum decreta patrum. 123.
Paſcha ſecundum eccleſię ritum antiquum. 126.
Paſcha Hebræorum. 130.
Calendarium Iulij Cæſaris. 131.

Ad Paulum. III. Pont. Optimum.

PAule Pater Patriæ, summi mandata Tonantis
Quæ data sunt Mosi, Scripsimus ecce tibi,
Quidquid & in synodis sanctorũ dogmata patrũ
Olim sanxerunt, perdocet iste liber.

Tyresiæ Fuscararij Bononiensis patritij.

ERraret quum iam seducta errore nephando
Nec Paschæ proprios excoleretq; dies,
Relligio, vt perhibent, Diuinæ dogmata legis,
Patrum sanxerunt concilia & veterum.
Gauricus erranti, cœlo demissus ab alto
Affuit, astrorum cognitione potens,
Ingenio miro, qui festa domestica nobis,
Illorum veras edocuitq; vices,
Obseruans Solisq; vias, Lunæq; meatus,
Noster (vt exemplo Cęsaris) Annus eat,
Sic pia relligio seruabit iura tonantis,
Cuius adhuc crimen fallere, crimen erit,
Nostra nec interdum Solimorum festa colenda,
Turpiter eludet vana superstitio.

Antonij Campanatij Bononiensis patritij.

ATlãtis perhibent cõsidere in vertice olympũ,
Et penitus fieri fulgida terga polo,
Monstrorũ huic domitor Mauro successit & altã
Ceruicem atq; humeros supposuisse ferunt,
Multi huius subiere locum, sed pondere tanto
Corporis atq; animi (vi fugiente) cadunt,
Huic solus merito successit Gauricus ipse,
Qui velut Alcides fortiter Astra tenet,

Gaspar Cribellus Mediolanensis patritius
Ad Lucam Gauricum Episcopum
Ciuitatensem.

GAurice Mi, vestrũ nomen laudesq; manebũt,
Dum cœlum stellas, põtus habebit aquas,
Oceanus pisces liquidos, dum grammina tellus,
Ver erit, Autumnus, dum fera sæuit hyems,
Dum flabunt venti, terras lustrabit Apollo,
Dum radios tribuet Sol tibi Luna suos,
Dum collustrabunt epyciclos Iuppiter, hermes,
Falcitenens, Mauors, Cynthia, pulchra Venus.

ASTRONOMIAM, ET PRAESERTIM que Arithmetice subalternatur nullibi prorsus à Religione Christiana dissentire, immo omnibus præcipue Ecclesiasticis, & Theologis apprime, vtilem & necessariam esse.

Lucas Gauricus Geophonensis, Episcopus Ciuitatensis Ad Diuum Paulum. III. Pont. Augustiss.



Eatissime ac Doctissime Pont. Vosq; sacrosancte Ecclesiæ Cardines Reuerendiss. in quorum vertice Mundus libenter insidet. Quantum Astronomiæ & potissimum Arithmetices disciplina ad nostræ religionis Christiane veritatem propius accedat, catholicamq; fidem tueatur, luculentissime in pspicacissimis literarũ monumentis demonstrarunt Nicolaus Cusanus Cardinalis, in singulis scientijs precipue Mathematicis eminentissimus: necnon Petrus de Aliaco Cardi. Cameracensis, qui libellum edidit de Concordãtia Astrologie cum Theologia. Illud idem comprobarunt Ioannes de Monte Regio, Stoflerinus, & Orontius Delphinas dum ita scripsit.

Astronomia viris Ecclesiasticis nõ modo perutilis, immo etiam necessaria videtur. idque tanto magis, quanto grauiori dignitate fruuntur ad mobilia festa, cæteraq; decus & statum Ecclesie respiciẽtia, pensiculatius discutiẽda, ob cuius Astronomie neglectum, ne dicam prelatorum incuriam, à vera sacri paschatis ratiõe & euangelico ritu (horresco referens) tãtum plerũque distamus, vt pudeat hoc commune christianorum scandalum vlterius aperire, hæc Orontius ad literam.

Cõpertum quoq; habemus Paule Pont. sanctissime neminem sanæ mentis ire inficias, quatenus absq; Astronomices & potissimum Arithmetices patrocinio, nullus adamussim supputare poterit Solis congressum sub equinoctiorum atq; Solsticiorũ punctis, menstruasq; luminũ coitiones siue Neo-

menias cũ plenilunijs, epactas, literas dñicales, ferias mensiũ, festaq́ mobilia, & precipue sacratissimum paschatis diem.

Quorum omniũ inquisitio & p̃cipua ptractatio omnibus christianis, p̃sertim religiosis admodum necessaria, proculdubio videtur esse de iure Diuino, vti habetur Exodi.12.capite. Locutus est Dominus ad Mosem & Aaron in terra Aegypti sic, Mensis iste vobis principium mẽsium, primus erit in mensibus anni, Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel & dicite eis. Die decima mensis huius, tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas, & seruabitis eum vsq́ ad 14.diem huius mensis, à qua Dies Azimorum sumunt exordium, immolabitq́ eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam, Est autem Phase, hoc est, transitus domini. habebitis autem hanc diem in monimentis, & celebrabitis eam solennem in generationibus vestris, cultu sempiterno.

Iuxta illud Prophetæ. Psalmo.88.

Luna.14. hoc est iam perfecta & lumine plena in æternum testis est in cœlo fidelis.

Item Leuitici.23.capite.

Locutus est dñs ad Mosen dicens. Hę sunt ergo feriæ dñi sanctæ, quas celebrare debetis, temporibus suis, Mense primo.14.mensis primi ad vesperam, Phase dñi est, &.15.mensis huius solennitas Azimorum domini est.

Item Numeri.28.capite, Mẽse primo.14. mensis, primi Phase Domini erit, & dies.15.solennitas.

Item Numeri.9.capite.

Locutus est Dominus ad Mosen in deserto Synai Anno secundo, postquam egressi fuerunt de terra Aegypti, Mense primo inquiens.

Faciant filij Israel Phase in tẽpore suo.14.mensis huius, ad vesp̃am, iuxta oẽs cerimonias & iustificationes suas, Siquis aũt immundus est, & in itinere non fuerit, & tamen non fecerit Phase, exterminabitur anima illius de populo suo, quia sacrificiũ non obtulit tẽpore suo, peccatũ suum ipse portabit.

Deuteronomij.16.capite.

Obserua mensem nouarũ frugum & verni temporis principiũ, vt facias Phase dño Deo tuo, Quoniã isto mense eduxit

te Dñs Deus tuus de Aegypto nocte, Dixit autem nocte, vt ostenderet principium huius solennitatis fieri debere in. 14. Luna primi mensis ad vesperã, completa, circa Solis occasum Luna lumine plena, Solẽnitas vero die. 15. eiusdem mẽsis, qui ab hebræis Nisan, à latinis vero Martius nuncupatur.

Phase hoc est pascha nomẽ est hebraicũ, & idẽ sonat quod transitus, non aũt sumit sibi nomenclaturam siue denominationem à passione, quæ à græcis pathos nuncupatur, sed ab eo ꝙ fit transitus de vita mortali ad ęternam.

Illud idem nos docuit Diuus Hieronymus inquiẽs, Pascha quod hebraice dicitur Phasę, non à passiõe, sed à trãsitu denominatur: ꝑ passionem enim suã Christus transiuit de morte ad vitam æternam, & fecit nobis viam credẽtibus in resurrectione eius, vt transeamus etiam nos à morte ad vitam æternam.

Luna. 14. Martij quę à græcis Parasceue, hoc est, pręparatio nuncupatur: à Recutitis vero sabbatarijs Phase, vel sexta sabbatorum Veneri dicata. Singuli Apellę Recutiti, necessaria sibi præparabãt, vt sequẽs dies sabbati, in qua suũ diem paschatis celebrabant, absque aliqua operatione transigeretur.

Planetis deputati.	Sabbatorum Dies
☉	1
☽	2
♂	3
☿	4
♃	5
♀	6
♄	7

Primum Mensem nuncupari voluerunt Martium, cuius hac nostra tempestate. 1547. initium est die. 10. Martij, Ingrediente enim Sole sub prima Arietis parte ad Annum vsꝗ. 1680. Virginei partus labentem.

Anni	Die	Martij
34	22	☉ ingrediebatur Prima ♈ partem
200	20	
242	19	
502	18	
600	17	
800	16	
900	15	
1000	14	
1200	13	
1300	12	
1400	11	
1500	10	
1680	9	
1815	8	
1950	7	
2083	6	

Iosephus Hebræus Libro Tertio de Antiquitatibus Iudæorum capite.12.ita scripsit.

Mense Xāthico,qui apud nos Nisan nuncupatur,est anni principiū,Luna.14.Soli opposita ī Ariete. Quo mēse liberati sumus à seruitute Aegyptiorum,Sacrificiū,quod tunc egredientes de Aegypto fecerunt, immolare nos annis singulis quod Pascha dicitur,celebrariq; sanciuit,& vtiq; celebramus istud per tribus nostras,nihil immolatorū in crastinum reseruantes, In.15.autem die succedit festiuitas Azimorum, quæ septem diebus celebratur.

Hanc normam celebrādi Pascha, dicūt Marcum didicisse à Petro eius preceptore,Petrum vero à magistro suo Iesu Christo, dum inquit,Tēpus meum prope est,apud te facio Pasc a cum discipulis meis.

Illud deniq; diuinę legis præceptum celebrādi Dominicę resurrectionis diem Luna.14.primi mēsis die Dominico post veris æquinoctium.

Victor Romanus Pont. Max.cōprobauit his verbis,Nos solenniter mandamus celebritatem sancti Paschæ celebrari debere die dnīco ab.14.Luna primi mensis vsq; ad.21.eiusdē vti predecessores nostri statuerunt.

Sabbatum hebraico idiomate dies quietis interpretatur, fuit enim.7. dies in qua requieuit Deus ab operibus suis,Illum diem Saturno dicatum Apellæ sabbatarij solenniter obseruant, & quieti inseruientes se abstinent ab omnibus eorum actionibus.

Omnipotēs Deus absoluit mūdū in die.6. seculi,quippe qui senarius numerus est perfectus, omnibus siquidem suis partibus adimpletur, vtpote Sexta,Tertia,Dimidia.

Dimidia.	3
Tertia.	2
Sexta.	1
Perfectus.	6

Nos autē christicolæ diem Dnīcum Apollini,hoc est Soli sacratum celebramus ob diuinam dnī nostri Iesu Christi resurrectionem,Fuit aūt hęc dies Soli deputata ab Astronomis, quoniam sicuti Sol radijs suis fulgentissimis terrarum opera omnia lustrat,ita Christus humani generis redemptor illuminauit saluosq; fecit cum suo sanguine precioso omnes homines venientes in hunc mundum.

Hæc etiã inquit propheta psalmo.117.dies est quã fecit dominus,exultemus & lætemur in ea, vtpote, Primo dierũ omnium,Quo mundus extat conditus,Vel quo resurgẽs conditor,Nos morte victa liberet.

Cæterum Ioannes Euãgelista huic diei primus nomen indidit,dum Apocalipsis capite primo, in hæc verba prorupit, Ego Ioannes frater vester fui in spiritu in die dominico.

Hæc prçterea dies,vti testatur Aurelius Augustinus, tantis dispositionum mysterijs consecrata est, vt quicquid à Deo insigne est constitutum, in huius diei dignitate sit gestum: in hac die per Christi resurrectionem, & mors interitum,& vita accepit principium.

Sedulius poeta de Christi resurrectione in die Dominico Libro Quarto, ita cecinit.

Cœperat interea post tristia sabbata,fœlix
Irradiare dies,culmen qui nominis alti
A domino dominante trahit,primusq; videre
Promeruit nasci mundum, atq; resurgere Christum.

Ab altissimo igitur Deo, per Mosem legislatorem et decreta sanctorũ Patrum in synodis,Nicena,Antiochena,Calcedonensi, Constantinopolitana,& plerisq; alijs, sub excõmunicationis vinculo iubemur celebrare diem paschatis sanctissimum Luna.14.primi mensis,dñica tamen illicet sequente.

Paule Beatissime.

Paulus Mildelburgẽsis Alemanus olim Forosempronien sium Episcopus dormitasse videtur, dum in sua magna Paulina, neutiquã veritus fuerit scribere in vltimis.5.libris,à Diuo Paulo apl̃o ei in somnio fuisse nũciatum, Chorographos in historijs temporũ aberrasse per bienniũ,itaq; gratia exempli Annus humanati verbi.1546.deberet cõnumerari.1548. Annus aũt.1548.(suo arbitratu)deberet esse.1550.quod mihi videtur penitus absurdum.

Contendebat præterea, Christum seruatorem nostrum fuisse crucifixum vertente çtatis suç anno.36.die.30. Martij. die vero.2.Aprilis resurrexisse à mortuis.

Nos autem cum doctoribus Ecclesiç,& rei veritate auda-

cter cōcludimus, quatenus ante passionem domini, introitus Solis sub Arietis initio fuerit die. 22. Martij vel circiter, plenilunium vero die. 23. Mercurio dicata, per dimidiatam fere horam ante Solis occasum, Christum deniq; seruatorem nostrum pro humani generis salute à perfidis iudęis fuisse cruci affixum, Die Veneris. 25. Martij. Die vero. 27. Martij Soli dicata, resurrexisse à mortuis ad vitam æternam.

Martio	Die	
♂	22.	
☿	23.	☌ ☉ ☽
♃	24.	
♀	25.	Crucifixus.
♄	26.	
☉	27.	Resurrexit.

Origenes inquit.

Quemadmodum potestas humana minime tollitur, quāuis Deus quæcunq; facturi simus, preuideat: sic etiam signa, quæ ad significandum ordinata sunt diuinitus; libertati nostrę nequaquā officiunt: sed est vniuersum cœlum quasi liber quidam apertus, omnia futura in se scripta continens. Iccirco in oratione Iosephi, quod à Iacob dicitur, sic intelligi potest, legi enim, inquit, in tabulis cœli, quæcunq; contingent vobis & filijs vestris.

Philosophi, præcipue Peripatetici, ęternitatem mundi demonstrare conantur.

Astrologi vero tam Arabes q̄ Greci, & Latini cū vniuersa Theologorū achademia, audacter affirmant, mundialem hāc machinam procul dubio fuisse creatam ab ipso Deo, summa vtiq; causa causarū prima, non fortuita, sed causarum certissima, non ex naturali dūtaxat causa, sed intellectuali, nō ex intellectu per modum naturę determinato, sed potius voluntario, non ex voluntate, instinctū quodam naturali cōpulsa, sed prorsus libera. Nihil enim magis liberū q̄ quod per se existit, & per se agit omnino, neq; tamē cōtingente aliqua volūtate, Nihil enim est cōtingens, vbi idem est voluntas & necessitas.

Magi præterea (quos Persæ vocitabant Sapiētes, rerū cœlestium perscrutatores, Latini autē Astronomos) fuere primi qui flexo poplite Iesum puerū in præsepio iacentem adorauerunt, Est autē persicum hoc vocabulū, quod nō significat maleficos Necromantes (veluti stolidum vulgus autumat) sed quos græci philosophos vocitant, latini Chaldeos siue Astronomos. Quippe qui (vti testat Porphirius) Magus, Persarū lingua, idē significat qđ apud latinos cœlestium altissimarūq; rerum interpres & cultor, Vt enim apud Gręcos Philosophi, apud Indos Gymnosophistę, apud priscos Gallos Druidę, & apud Babilonios Chaldæi, sic apud Persas dicti fuerūt Magi.

Diuus Hieronymus in epistola ad Paulinum, De Apollonio Thianeo ita scripsit. Apollonius siue ille magus (vt vulgus loquitur) siue nō, magnus fuit philosophus, queādmodum Pythagorici tradunt. Idem præterea Hieronymus super Danielem, & Rabanus inquiunt.

Magi dicuntur qui de singulis rebus altissimis philosophantur. Cōsuetudo autem & sermo communis, Magos pro maleficis perperam accipit, qui aliter habentur apud gentem suam, eo q sint philosophi Chaldęorū, & ad artis huius scientiam se applicant. Reges quoq; & principes eiusdem gentis, in singulis ferme rebus arduis, sidereos afflatus obseruabant, vnde etiā in natiuitate seruatoris nostri, ipsi primi ortum eius intellexerunt, & venientes in sanctā Bethlehem adorauerunt puerum, stella desuper ostendente.

Diogenes quoq; Laertius scripsit, Magos deorum insistere cultui, & preces illis atq; vota & sacrificia (quasi ab ijs soli exaudiantur) offerre, deq; deorum substantia & generatione diuinitatem asserere, prędicationesq; exercere, & sibi deos apparere differentes.

Huic etiam sententiæ astipulari videtur sanctus Augustinus in libro de Quæstionibus noui & veteris testamenti inquiens. Magi iudęorū, natum regem intellexerūt, quoniam stella indice tēporalis dñs solet designari, Ex dictis denique tantorū virorū colligitur, Magos, hoc est Sapientes & Astronomos merito inter primos christianos fore venerandos, ipsi etenim fuere primi, qui ex gentibus crediderunt, qui Iesum

Christum adorauerũt, & munera ei obtulerunt. Gaspar Mirram, Melchior Thus, & Baldassar Aurum, cõfitentes per hæc munera eum esse verũ Deum, Trinum & vnum, quin etiam Regem atq; hominem, Tres illos Magos Hierosolymã accedentes, Herodes perfidus iudęorum Rex, super Christi natiuitate cõsuluit, hortatusq; fuit illos, vt puerum nuper natum inquirerent, quem simul ac inuenirent, certiorem se redderent, vt etiam ipse postmodum veniens, adorare eum posset, sed Magos abeuntes, Angelus Domini admonuit, ne ad Herodem redirent, sed per aliam viam reuerterentur in regiones suas, Tunc Herodes impius videns q; illusus fuisset à Magis, iratus valde, iussit occidere omneis pueros innocentes à bimatu & infra, vnde

LVCAS GAVRICVS.

Pignora cæsa vident inter sua brachia matres,
Oraq; natorum sparsa cruore, patres,
Hunc iugulant, illum transfixo pectore mactant,
Vt tener occidi ceruus & agna solet,
Impius atq; ferox, crudelis, perfidus, atrox,
Imperat & natum dilaniare suum,
Ah quanto melius fuerit sibi, porcus obesus
Si foret, Herodis tunc puer ille miser,
Sed tibi quid valuit tantum fudisse cruorem
Impie? quid frustra tanta patrasse mala?
Nam neque vel domino potuisti tollere vitam,
Perdere vel gentis pignora tanta tuæ.
Christus enim (cuius pro nomine turba necata est
Tam simplex), illi munera magna dedit,
Et sibi pro vita mortali viuere in æuum
Prębuit, & sedes iussit habere pias.
Ast tu perpetuis damnaberis impie flammis,
Atque iram Ditis experiere trucem.

Ex lege

EX LEGE DIVINA PRAECIPITVR Diem Paschatis sacratissimi semper fore ab omnibus solẽniter vbiq; celebrandum.



MOses legis lator, primus Hebræorum Rex, atq; Imperator, in libris Exodi, Numerorum, Leuitici, Deutheronomij, & plerisq; alijs locis populo Ismaelitico iussit quatenus sacratissimi paschatis diem, tanquam primum legis sacramentum (iuxta Dei mandata) semper obseruare, et solẽniter celebrare debeãt: immo animę exterminiũ & Dei vltionem minabatur ijs, qui pascha non celebrarent tẽpore suo, vtpote circa. 14. lunam primi mẽsis ad vesperã, à qua dies Azimorũ exordiunt. Christus præterea, (vti testatur Ioannes euangelista) singulis quibusq; annis, dum per ætatem licuit, ad Hierosolymã accedere cõsueuerat ad celebritatẽ paschatis rite cõmemorandã.

Ezechias Hierosolimitanorum Rex, perennem sibi nominis gloriam comparauit: quippe qui Pascha iam diu aboletũ magnis sumptibus restaurauit, & sollẽni pompa cum suis populis concelebrauit.

Iosias item Rex prę cęteris alijs Regibus, summis laudum pręconijs merito fuit extollendus, quandoquidem sacratissimi Paschatis diem à populis suis rite celebrari iusserat: & pro sacrificio fiendo tria milia Taurorum & triginta milia ouium populis dederat: factaq; fuit sollẽnitas adeo magna apud Hierosolimam, qualis nũquam antea facta fuerat, à diebus Samuelis prophetæ.

Theophilus Imperator apprime religiosus, Theophilum Alexandrinũ patriarcham, Astronomiæ & potissimum Arithmetices peritissimum, multis precibus rogitauit, vt nouos & quidem veros paschatis ciclos conscriberet. Cui iam tandẽ statos verosque Pascatis dies adamussim supputatos: centum Annorum curriculo duraturos: ab eis rite & sollẽniter celebrandos, transigere procurauit.

Martianus quoq; princeps clemẽtissimus protherium Antistitẽ Alexandrinũ rogauit, vt de Paschatis rõne cõscriberet.

Leo item primus pont. Max. Optimus, Victorium Lemo-

nicensem Aquitanium non dedignatus fuit cõsulere, vt veram paschatis sollẽnitatis rationem exponeret, quippe q̃ primum atq; præcipuum est Christianę religionis mysterium.

Theophilus præterea Cęsariensis, Narcyssus, Hippolytus, Iulius Africanus, Beatus Anatolius, Cyrillus, Ambrosius, Beda presbyter, Zeno Veronensis, & alij propemodum infiniti huiuscemodi præcepta Dei altissimi in posterum fore ab omnibus obseruanda & solẽniter celebranda in eorum scriptis memoriæ prodiderunt.

Maximi deniq; Pontifices Ilarius, Anacletus, Pius item primus, Sixtus, Innocentius, Iulius. II. Leo. X. & denique Paulus. III. doctissimus, christianæ religionis Antistites, summiq; tonantis vicarij omnibus christianis claris Astronomis mandata dederunt: & multum Auri pondus exposuerunt: atq; ecclesiasticis dignitatibus decorauerũt, vt de Paschatis sanctissimi rõne conscriberent. Dein singuli christicolę legitimam Paschatis, festorũq; mobilium celebritatem solẽniter celebrare deberent. Alioqui sub excommunicationis vinculo implicati, ab ecclesijs & hominum cœtu atq; consortio profligentur, qui secus facere ausi fuerint.

De plerisq; sinodis ad fidei christianæ corroborationem celebratis.

Nicea vrbs erat Asię & Bythiniæ Metropolis, quã primus Antigonus Philippi filius condiderat, et Antigoniã noïauit. Postea Lysimachus á nomine vxoris Antipatris filiæ Niceam appellauit, Vrbs erat ambitus stadiorum. 16. quæ duo faciunt miliaria Italica: fuitq; constructa in figuram quadratam ad rectos angulos in lapide eximio, qui circa medium Gymnasium positus erat, & omnes. 4. partes cernebantur.

Ad illã vsq; Niceam vrbẽ vertente humanati verbi Anno 322. Constãtinus Imperator pientissimus anno. 16. sui imperij; Necnõ Syluester. v. Pont. Sanctissimus, Anno sui Põtificatus 9. labente, pprijs eorum sumptibus secum deduxerunt. 318. prelatos admodum eruditos: Dein ad orthodoxę fidei corroboratione in illa prima synodo celebratissima, siue Comitijs; concilio quippe ecumenico, hoc est vniuersali, ad vniuersum

orbem spectante, Dionysius Abbas Romanus cognomēto exiguus, in Mathematicis vero disciplinis eminentissimus, atque maximus: vertente anno christianæ lyturgiæ. 323. cum singulis qui illuc accesserant prelatis, supputauit Solem tūnc peragrasse sub prima Arietis parte: Die. 21. Martij, in quo primi Mensis & anni initium statuerunt, & iam tandem publico decreto sancitum fuit, nemine prorsus discrepāte. Quatenus in posterum,

A cunctis semper (sic fas est) sanctificetur
Paschatis Alma dies, niueo celebranda lapillo.

Luna. 14. primi mensis, hoc est circa totilunium, postquam Sol sub primo Arietis scrupulo fuerit ingressus, Die tamen dominico illicet sequente, ob sanctissimę resurrectionis Domini nostri seruatoris Iesu Christi celebritatem. Sed quicumque secus facere ausus fuerit, Anathema, hoc est excommunicatus passim promulgaretur, & ab ecclesijs atque hominum cetu profligaretur.

Huiuscemodi constitutionem Alij patres ecclesiæ Doctissimi comprobarunt in secunda sinodo Nicena, quæ incœpit anno virginei partus. 788. & clausa fuit. 790. anno fere completo.

In Calcedonensi præterea vrbe ad bosphorum Tracium sita, Anno gratiæ. 455. iussu Leonis primi Pont. Optimi, atque Martiani principis, synodus quoq; vniuersalis indicitur, in qua. 360. patres doctissimi interfuerunt: affirmantes prioris Nicenæ synodi decreta. Statuerunt quatenus sacratissimi paschatis festum sollēniter in die dñico celebrare debeant oēs.

In vrbe Antiochena secus Orōtem fluuium, & penes Taurum montem sita, Anno virginei partus. 367. celebratū quoque fuit alterum concilium generale, in quo (vti tradidit Diuus Hieronymus) hoc decretum legitur.

Omnes qui ausi fuerint dissoluere regulam Sancti, & magni concilij Niceni, quod celebratum fuit in pręsentia Dei, et clementissimi Imperatoris Cōstantini, de sancta & salutari festiuitate paschali, excōmunicatos et abiiectos fore ab ecclesijs

De plerisq; alijs synodis pro corroboratione religionis christianæ celebratis.

Constantinopolitana synodus prima indicitur tēpore Damasi Pontificis, & Gratiani principis, latente anno christianę lyturgiæ .383. in quo conuenerunt Episcopi celebres .150.

Secundum Byzanthi Concilium indicitur, & celebratum fuit Anno salutis .557. vertente. Tertium deniq; .681. Anno.

Anno humanati verbi. 433. labente in Epheso celebratum fuit Concilium generale sub Celestino Pōtifice Max. In quo interfuerunt .300. pręlati celeberrimi.

Florentiæ indicitur prima synodus Anno. 1054. Secunda autem. 1105. in quo interfuerunt. 340. pręlati.

Viennensis synodus incępit. 1311. terminatur. 1313.

Constantiensis synodus incepit. 1414. terminatur. 1418.

Basiliense concilium fuit. 1438.

Lateranēsis synodus incepit Anno Humanati verbi. 1512. Die. 19. Aprilis, indicitur à Iulio secūdo Pont. Augustissimo, clauditur sub Leone. x. Pont. Max. Opt.

Tridentina synodus cepit. 1545. sub Paulo. III. Pont. Max. atq; doctissimo, annuente Carolo. v. Cesare potentissimo. In eadem ciuitate Tridentina indicitur synodus celebranda ab Italis & Alemanis,

VNDE SAEPIVS PROVENIAT ERROR maximus in paſchatis ſacratiſsimi, feſtorumq; mobilium celebritate.

Ad Paulum. III. Pont. Munificentiſſimum atq; doctiſſimum.



TEmporibus aureis Ouidij poetæ Sulmonenſis ingenioſiſſimi, Sol ingrediebatur primum punctum Arietis lanigeri, ſub.8.orbe, Die.22. Martij, Aequinoctium tamen vernū erat.25.die Martij, quādo Sol introcedebat, & progrediebatur ſub prima parte Arietis non ę ſphęrę, de quibus poeta clariſſimus libro.3. Faſtorum circa finem, ita eleganter cecinit,

Treis vbi luciferos veniens præmiſerit eos
Tempora nocturnis ęqua diurna facit.

Verum enimuero Diue Paule pontificum omnium doctiſſime, Regumq; omnium Auguſtiſſime, ex temporū (vti reor) inclementia vel potius incuria ſummorum Pontificum, pleriq; omnes tui prędeceſſores, et ſacroſanctę eccleſię Cardines ampliſſimi, ad hanc vſq; ætatem.1548. crediderūt, Die.21. Martij, Solem ſemp ſub prima Arietis parte iā peragraſſe atq; ſemper fore peragraturum, ſicuti in prima Nicenæ vrbis ſynodo progrediebatur, Iccirco ſummi Pontifices ferme oēs, computiſtis fidem adhibentes, eadē quoq; die.21. Martij annorū, primiq; menſis initia perenniter ſtatuerunt, & profecto perperam, Quippe ꝙ noſtra hac tēpeſtate circa.x. diem Martij, Sol ſub prima lanigeri parte permeat, progredieturq; ad annum vſq; virginei partus.1680. circiter.

Quo fit vt plurimis iam effluxis Annis acciderit error in celebratione ſanctiſſimi paſchatis, feſtorūq; mobilium interſtitio qnq; dierum.7.14.21.28. ſicuti accidit Anno.1527. in miſerrima Vrbis depopulatiōe, Quin immo intercapedine dierum.35. veluti contingit Anno.1546. & accidet Anno.1549. in fœliciſſimo cunctis fere mortalibus, ſtātibus priſcorum computiſtarum ſupputationibus.


Nos multotiens compertum habuimus, ꝙ quandocunq;

pascha sanctissimum nō celebratū fuerit rite in suo tempore, iuxta Dei omnipotentis mandata Mosi data in veteri testamento, & Nicenę synodi decreta, semper quodāmodo in Europa perpatratas fuisse maximas hominum strages, vel epydimias, Annonæ, & rerum ferme omnium raritatem, & pleraq; alia infortuniorum genera, propter omnipotentis Dei vltionem & sanctorꝝ patrum in omnibus synodis (vt ita dixerim) Anathematizationem, Iccirco Beatissime Paule Pontificum Antistes maxime, in cuius vertice Mundus libenter insidet, ne amplius in posterum tui Christicolæ sub excōmunicationis vinculo impliciti alligentur, & animæ exterminium patiantur, tuum numē suppliciter oro, & flexo poplite precor, & obtestor, vt tua beatitas, ore sacro iubeat, quatenus singuli christicol tuiq; in posterū celebrare debeant sollēnissimum paschatis festū post. x. diem Martij primi mēsis, Luna. 14. vtpote circa ipsum totilunium, dominica tamen illicet sequente, veluti Diuina Maiestas per Mosem legislatorem pręcepit in veteri testamento, Numeri cap. 9. Exodi. 12. Deutheronomij. 16. Leuitici. 23. & sicuti sancitū fuit in plerisq; synodis, & pcipue Nicena, Calcedonensi, Antiochena, et Constātinopolitana. Hoc etenim pacto tibi Paule virtutum omnium ęstimatori doctissimo ac pientissimo, perennem nominis gloriam comparabis, & posteri in celebratione paschatis festorumq; mobilium, nihil penitus aberrabunt, quippe qui Diuinæ Maiestatis præcepta seruabunt, & cum tua sanctissima benedictione fient ab omni excommunicationis vinculo, & pęna infernali prorsus immunes.


Nam tibi contribuit summi regnator olympi,
 Claudere cœlestes & reserare fores,
Paule hominum Antistes, qui Christi iura tueris,
 Et potis es cœli reserare & claudere valuas,
 Effice rite precor celebrentur paschatis almi
 Festa, tuo iussu pater o sanctissime, post hac
 Vt tua post cineres celębretur fama perennis,
 In terrisq; tuum numen veneretur vbiq;,

AD BEATISSIMVM CHRISTIANAE Aristocratiæ Principem, summumq; Antistitem Paulum . III . Pontifi. Max.

DE ÆTERNITATE MVNDI.



A Biectis philosophorum pręcipue peripateticorum, quin & Ciceronis, Iulij firmici, & quorundam poetarum chimericis figmentis, Nos in præsentia affirmare non dubitamus iuxta verissimam Theologorum et Astronomorum sententiam, ipsis à Paracleto diuinitus infusam, quatenus Machina cœlestis, totusq; Mundus sui ortus habuerit initium, quippe qui ab Altissimo Deo ex nihilo fuerit creatus, & tandem sacris Theologis atqne vatibus propheticis, diuino numine afflatis patefactum fuit, qua die Mundus ipse sui ortus sumpserit initium, & quonam pacto fuerunt in cœlo sydera collocata, nam, Astra tenent cœleste solum, formęq; deorum, Quocirca paracleti (vti reor) numine afflati Petosyris, & Necepso Aegyptiorum Reges, in astrorum disciplina eminentissimi professores, sequens istud mundi schema verissimum fuisse tradiderunt.



Thema Mundi.

Petoſiris & Necepſo quorum prudentia ad ipſa ſecreta Diuinitatis acceſſit, etiam Mundi Geniturã Diuino nobis ſcientiæ Magiſterio tradiderunt, ſequuti Aeſculapiũ & Anubim, Quibus potiſſimum Mercurij numen iſtius ſcientiæ ſecreta cõmiſit, & Mundi exordium in ſolſticio æſtiuo poſuerunt, iſtudq; fuiſſe cœlicum ſchema crediderũt, Conſtituentes Lunam partiliter in horoſcopo, ſub. 15. Cancri parte, Solem in. 2. cœli templo, ſub. 15. parte Leonis, vti ſequens cœlorum ſchema indicat, ſub ęquatore ſupputatum, vti reor,



Vel ſic.

☉	22	♌
☿	15	♍
♀	5	♎

Hebręi, Ismaelitæ, Chaldęi, & Arabes, pręcipue Aboassar, siue Albumassar & Hales Abenrageles affirmant Mundum fuisse ab altissimo Deo creatum Autumno, vnde & Annum auspicabantur, A prima tamen neomenia Septembris iuxta Mosem Genesis authorem dicētem, Germinet terra herbam virentem & facientem semen & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus suum, cuius semē sit in semetipso super terram, & factum est ita, & protulit terra herbam virentem, & facientem semen, iuxta genus suū lignumq; faciens fructum, & habens vnumquodq; semētem secundum speciem suam.

Sequitur natalis mundi à Deo creatus Autumno secundum Mosem Geneseos Authorem.

Secundum Arabes & Aegyptios.




Omnes planetæ fuerunt in proprijs domicilijs, præter Solem, qui erat in Libra Veneris domicilio.

Istud cœleste schema iuxta Babyloniorum, Aegyptiorum, & Arabum, præcipue Albumassaris & Abenragelis supputationes indicat à Mundo condito ad Christi aduẽtum effluxisse Annos solares. 5492. cum diebus naturalibus. 221. & tũc Aux Solis fuisset sub prima chelarum seu Libræ parte, & Medius Motus, & verus vnum & idem.

Neoterici verò latini rerum cœlestium speculatores solertissimi, quibus Theologi, Doctores ecclesiæ assentire nequaquam dubitant, Verno tempore & die Solis primo dierum omnium Mundialem hanc machinam ab altissimo Deo creatam, & in quo Christus à mortuis ad vitã resurrexit æternam.

In sequenti figura cœlesti, Petrus de Aliaco Cardin. doctissimus ita scripsit. In prima Mundi constitutione hoc pacto erant in cœlo sydera collocata, nam horoscopus erat sub prima Cãcri parte. Summa vero cœli fastigia Arietis prima pars possidebat. Venus in Tauro vndecimã occupabat, Luna luminare nocturnum in Cancri parte tertia, Sol luminare diurnum sub decimanona Arietis parte præfulgebat, Mercurius in prima lanigeri, & summo cœlorum culmine partiliter supputatus progrediebatur Iuppiter in nono cœli tẽplo domicilium suum tenebat in Piscibus, Mars sub Scorpione in quinta cœli plaga cõmorabatur, Sol & Luna in suis altitudinibus. At reliqui planetæ, præter Mercurium in proprijs hospicijs, & ita Christus fuisset natus Anno Mundi. 5343. Mense. 11. Die. 22. Ab initio Iani sumpto numerationis exordio.

MVNDI SCHAEMA SECVNDVM ALIACENSEM, ET MODERNIORES LATINOS.



Thema Mundi ex valente Antiocheno excogitatum.



Plurimi ēt ſapientes arbitrabantur mundum vere nouo fuiſſe ab ipſo Altitonāte creatum, planetis omnibus in culmine cœlorum ſub prima Arietis parte collocatis, quēadmodum quilibet non vſquequaq; orbus lumine intueri poterit in ſequenti themate cœleſti.

Arbitrabantur præterea Hebrei, Beda presbyter, Hieronymus, Ambrosius, Basilius, Ioannes Damascenus, Mūdum vere nouo fuisse ab altissimo Deo cōditum, Sole primam Arietis partem ingrediente, Vnde Virgilius.

Non alios prima nascentis origine mundi,
Illuxisse dies, Aliumve habuisse tenorem
Crediderim, ver illud erat. ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri
Quum primum lucem pecudes hausere, virumque
Ferrea progenies duris caput extulit Aruis,
Immissæque feræ syluis & sydera cœlo,


Alij pręcipue nostri christicolę ab hiberno solsticio Anni exordium auspicantur, in quo Christus humani generis servator nasci voluit ad illuminādas veteres tenebras, vnde noster ingeniosus poeta sic cecinit

Dic age frigoribus quare nouus incipit annus?
Qui melius per ver incipiendus erat,
Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas
Et noua de grauido palmite gemma tumet,
Et modo formosis operitur frondibus arbor,
Prodit & in summum seminus herba solum
Et tepidum volucres concentibus aera mulcent,
Ludit & in pratis luxuriatque pecus,
Tunc blandi Soles, ignotaque venit hirundo.
Et lucrum celsa sub trabe figit opus,
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro
Hęc nouitas anni iure vocanda fuit,
Quęsieram multis, non multis ille moratus
Contulit in versus sic sua verba duos,
Bruma noui prima est veterisque nouissima solis,
Principium capiunt phœbus & annus idem,

Singuli propemodum Theologi & moderniores Astrologi autumant cum obseruationibus Claudij Ptolemæi sphæram nonā esse primum mobile. Dein octauam vtpote firmamentum quippe quod in eo sunt omnes stellę fixę, idque secun

dum mobile nuncupatur. Postmodum infimę sequūtur sphętræ siue orbes septem planetarum, & intra has sphæras clauduntur quatuor elementa, vtpote Ignis, Aer, Aqua, Terra, & vuiuersam hanc mundi molē siue machinam inquiunt fuisse ab Deo altissimo creatā vere nouo, sub prima Arietis parte, et summo cœlorum culmine singulos planetas fuisse collocatos, veluti hæc sequens indicat figura.

MVNDI NATALIS VERE NOVO.



SECVNDVM VARIAS AVTHORVM OPINIONES ANNI AB ADAMO AD CHRISTVM.

Christi	Mundi	Hebręorum	Latinorum	Græcorum	Aſtrologorum	Vrbis
0	3960	3760	5200	5500	6984	752
1	3961	3761	5201	5501	6985	753
2	3962	3762	5202	5502	6986	754
3	3963	3763	5203	5503	6987	755
4	3964	3764	5204	5504	6988	756
5	3965	3765	5205	5505	6989	757
6	3966	3766	5206	5506	6990	758
7	3967	3767	5207	5507	6991	759
8	3968	3768	5208	5508	6992	760
9	3969	3769	5209	5509	6993	761
10	3970	3770	5210	5510	6994	762
11	3971	3771	5211	5511	6995	763
12	3972	3772	5212	5512	1996	764
13	3973	3773	5213	5513	6997	765
14	3974	3774	5214	5514	6998	766
15	3975	3775	5215	5515	6999	767
16	3976	3776	5216	5516	7000	768
17	3977	3777	5217	5517	7001	769
18	3978	3778	5218	5518	7002	770
19	3979	3779	5219	5519	7003	771
20	3980	3780	5220	5520	7004	772

Hoc pacto poſſes ꝓcedere vſq; ad ſequentes Annos. 1540.

Christi	Mūdi	Hebręorum	Latinorum	Græcorum	Astrologorꝫ	Vrbis
1540	5500	5300	6740	7040	8524	2292
1541	5501	5301	6741	7041	8525	2293
1542	5502	5302	6742	7042	8526	7294
1543	5503	5303	6743	7043	8527	2295
1544	5504	5304	6744	7044	8528	2296
1545	5505	5305	6745	7045	8529	2297
1546	5506	5306	6746	7046	8530	2298
1547	5507	5307	6747	7047	8531	2299
1548	5508	5308	6748	7048	8532	2300
1549	5509	5309	6749	7049	8533	2301
1550	5510	5310	6750	7050	8534	2302
1551	5511	5311	6751	7051	8535	2303
1552	5512	5312	6752	7052	8536	2304
1553	5513	5313	6753	7053	8537	2305
1554	5514	5314	6754	7054	8538	2306
1555	5515	5315	6755	7055	8539	2307
1556	5516	5316	6756	7056	8540	2308
1557	5517	5317	6757	7057	8541	2309
1558	5518	5318	6758	7058	8542	2310
1559	5519	5319	6759	7059	8543	2311
1560	5520	5320	6760	7060	8544	2312
1561	5521	5321	6761	7061	8545	2313
1562	5522	5322	6762	7062	8546	2314
1563	5523	5323	6763	7063	8547	2315
1564	5524	5324	6764	7064	8548	2316
1565	5525	5325	6765	7065	8549	2317
1566	5526	5326	6766	7066	8550	2318
1567	5527	5327	6767	7067	8551	2319
1568	5528	5328	6768	7068	8552	2320
1569	5529	5329	6769	7069	8553	2321
1570	5530	5330	6770	7070	8554	2322
1571	5531	5331	6771	7071	8555	2323

Christi	Mūdi	Hebre orum	Latino rum	Greco rum	Astro logorꝫ	Vrbis
1572	5532	5332	6772	2072	8556	2324
1573	5533	5333	6773	2073	8557	2325
1574	5534	5334	6774	2074	8558	2326
1575	5535	5335	6775	2075	8559	2327
1576	5536	5336	6776	2076	8560	2328
1577	5537	5337	6777	2077	8561	2329
1578	5538	5338	6778	2078	8562	2330
1579	5539	5339	6779	2079	8563	2331
1580	5540	5340	6780	2080	8564	2332
1581	5541	5341	6781	2081	8565	2333
1582	5542	5342	6782	2082	8566	2334
1583	5543	5343	6783	2083	8567	2335
1584	5544	5344	6784	2084	8568	2336
1585	5545	5345	6785	2085	8569	2337
1586	5546	5346	6786	2086	8570	2338
1587	5547	5347	6787	2087	8571	2339
1588	5548	5348	6788	2088	8572	2340
1589	5549	5349	6789	2089	8573	2341
1590	5550	5350	6790	2090	8574	2342
1591	5551	5351	6791	2091	8575	2343
1592	5552	5352	6792	2092	8576	2344
1593	5553	5353	6793	2093	8577	2345
1594	5554	5354	6794	2094	8578	2346
1595	5555	5355	6795	2095	8579	2347
1596	5556	5356	6796	2096	8580	2348
1597	5557	5357	6797	2097	8581	2349
1598	5558	5358	6798	2098	8582	2350
1599	5559	5359	6799	2099	8583	2351
1600	5560	5360	6800	2100	8584	2352

Ita posses procedere in infinitum adijciendo vnitatem siue monadem singulis Annis futuris.

De Hebræorum ætatibus .5. ex Beda.

Aetates	Ab	Ad	Anni Solis
1	Adamo	Noe	1056
2	Noe	Abraamum	292
3	Abraamo	Dauidem	942
4	Dauide	Trãſmigrationẽ Babylonis	473
5	Tranſmigra. Babylo.	Chriſtum	589
5	Aetatum congeries Annorum		3352

Ioannes Lucidus Inquit.

Iuxta Hebræorum ſupputationes venerunt in lucem

	Mundi Anno	Ante Chriſtũ Anni	
Adamus & Eua	1	3960	Die Veneris.
Seth	130	3831	
Enos	235	3726	
Caym	325	3636	
Enoch	622	3339	
Matuſalem	687	3274	
Noe	1056	2905	
Sem	1558	2403	Cataclismus vniuerſalis.

	Ante Chr̃m,	Vrbis,	Mundi,	Olympiadis
Faſti Cæſaris	45	706	3914	183
Alexan. magnus	331	422	3630	112
Ptole. Philadelphus.	283	470	3678	124

Antiqui numerabant Tempora per olympiades

Ante Chriſtum	Mundi	olympiades
755	3186	1
750	3190	2
745	3194	3
740	3198	4
735	3202	5

Iulius Cæſar emẽdauit calẽdarium, Annũq; ciuilẽ redegit ad Solarẽ ante Chriſtũ natum Anno. 45. olympiadis

Ante Chrm	Mundi	Olympiades
730	3206	6
725	3210	7
720	3214	8
715	3218	9
710	3222	10
705	3226	11
700	3230	12
695	3234	13
690	3238	14
685	3242	15

olympiadis .183. Anno.3. labēte. Coitus luminariū celebrabatur die Saturni, calendis Ianuarij, litera dominicalis erat B.

Idibus vero Martijs plagis. 23. tribus & viginti confossus fuit in Senatu. Anno. 56. suæ ætatis vertente.

Christus	Chri Anno.	Vrbis.	Olympias.	Indicio.	litera dñi.
Baptizatus.	30	782	202	3	A
Crucifixus.	34	786	203	7	G
Sanctus Paulus martyrio coronatur.	70	822	212	13	G
Io.euāgelista.99.Anno obijt.	100	852	219	13	E,D
Ptole.Alexādrin⁹ floruit	132	884	227	15	G,F
Adrianus Hierosolymam euertit.	137	889	228	5	G
Antoninus pius floruit.	140	892	229	8	D,C
Pi⁹.1.Pōt.statuit pascha fore celebrādū die ☉.	154	926	233	7	G
Pestis horrifica vbiq;.	174	926	238	12	C
Pestis horrida passim.	254	1006	258	2	A
Constantinus Imperator regnabat.	310	1062	272	13	A
Prima synodus Nicea cœpit.	322	1074	275	10	G
Sanctus Antonius Anno.105. suæ ætatis obijt in heremo.	361	1113	284	4	G
Terremotus fere vlis.	369	1121	287	12	D
Atila inuasit totā Italiam.	454	1206	308	7	G

Epidimia pestis horrifica. 1348. Florentiæ, ex qua passim mortui sunt plusquam trecenta milia hominum.

Secundum hebręos effluxere anni Solares.

	vsq; ad	Anni	Dies
Ab vniuersali cataclismo .i. diluuio.	Ad Christum	2300	0
	Alfonsum Regē	4353	105
	Dioclitianum	3385	149
	Iulium Cęsarem	3063	319
	Alexan. magnū	2790	227
	Philippū patrem	2778	269
	Alfonsum Regem	3101	319
Christo	Alfonsum Regem	1251	154

Ab Adamo siue orbe condito primeuaq; rerum Ethereaꝝ rum circulatione vsq; ad cataclismum .i. diluuium vniuersale secundum varias scriptorum opiniones.

Ab Adamo ad cataclismum effluxerunt.	Anni.	Dies.
Arbitrabantur Hebræi, Philon, Rabanus	1656	0
Polycrates, Hieronymus.	2000	0
Albumassar in coniunctionibus magnis	2226	43
Eusebius, Beda, Isidorus.	2242	0
Aurelius Augustinus.	2263	0
Iosephus primo de antiquitatibus hebręorū.	2656	0
Alfonsus Hispaniarum Rex.	3882	267

Ab origine Mundi siue ab Adamo prothoplausto
Ad Christum natum.

Arbitrabantur effluxisse	Annos.	Menses.	Dies.
Hebræi, & Io. Picus mirandula	3508	0	6
Hebręi ex prima legis editione	3760	6	0
Auicenna credidit pręcessisse	3960	0	0
Carolus bouillus	3984	0	0
Rabi Moses Gerūdiensis	4058	5	0
Iosephus libro & cap. 10.	4102	6	10
Dionysius	4204	0	0
Eduicon	4320	0	0

	Annos.	Menses.	Dies.
Ad vrbem conditam	4568	6	10
Diuus Hieronymus	5102	0	0
Quando Maro floruit	5160	0	0
Virgilius nascitur Mundi Anno	5131	0	0
Ante Christum. 13. Octobris	68	0	0
Policrates magister historiarum	5195	0	0
Eusebius vti ait bachon	5198	0	0
Paulus orosius beda	5199	0	0
Vincentius historiographus	5200	0	0
Isidorus. 5. ethymologiarum	5210	0	0
Rabanus &. 70. interpretes	5296	0	0
Omar, Cardinalis Cameracensis	5328	0	0
Aboassar siue Albumasar	5328	0	0
Thalmutistę, &. 70. interpretes	5343	11	24
70. Interpretes in prima translatione.	5492	7	13
Apostoli seu primi patres ecclesiæ	5500	0	0
Niceta Græcus supputator	5596	0	0
Quidam alij græcorum	5530	0	0
Alfonsus Hispaniarum Rex	6984	4	1
Secundum Apostolos ad. 1550.	7050	0	0
Secũdum Aliacensem ad finẽ seculi.	11000	0	6
Beda Paulus orosius, Vincẽtius histo.	5200	0	0

Annis quingentis decies simul atq; ducentis.
Mox Deus e sancta virgine natus homo est,
Partus & integritas discordes tempore longo
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

Reijciendæ tamen sunt opiniones omnium illorum, qui supputarunt ab Adamo seu origine mundi ad Christum humanatum effluxisse pauciores. 5000. annorum Solarium,

Frustra etiam vanissima præsumptione Garriũt Aegyptij, qui mendacissima vanitate antiquitati suarum scripturarum centum milia ascribunt annorum. 100000. dicentes (vti testatur Augustinus libro. 18. de ciuitate Dei, cap. 40.) Ex quo rationem syderũ comprehendit Aegyptus, amplius q̃ centum Annorum millia numerari, in quibus enim libris numerum istum collegerunt, qui non multum ante annorum duo milia

2000. literas à Magistra Iside didicerunt, non vtiq; paruus Author est in Hispania Varro qui hæc prodit, quod à literarum quoq; diuinarum veritate non dissonat, quum enim ab ipso primo homine, qui fuit Adamus appellatus, nondum decem milium annorum compleantur, quomodo non isti ridēdi potius q̄ refellendi sunt, qui de spacio temporum tam diuersa, & huic exploratæ veritati tam contraria persuadere conantur.

Irritas prȩterea huiuscemodi vanasq; & Aniles Aegyptiorum opiniones enarrat Cice. de Diuinatione Inquiēs, Aegyptij vero, vt qui se cæteris mortalibus antiquiores fateantur in numerabilibus pene sœculis hoc est quadringentis septuaginta milibus annorum eam ipsam artem astrorum cōsequuti esse dicuntur.

Ante Christi Aduentum.

Ab	Ad	Anni	Dies
Alexandro magno	Cȩsarem	273	291
Philippo patre Alexandri	Cȩsarem	285	250
Philippo Macedone	Christum	323	51
Obitu Alexan. magni	Christum	311	93
Philippi interitu	Alexandrum	11	324
Cȩsare Iulio	Christum	38	1
Confusione linguarum	Christum	3000	0

Ante Christum humanatum claruerunt.

Moses in deserto prȩfuit hebræis	1491
Moses obijt diem suum	1470
Homerus excudit libros	989
Hesiodus poeta floruit	889
Thales Milesius floruit	584
Hyppocrates chous	440
Plato & Aristoteles claruerunt	343
Themocharis Astronomus	291
Euclides Megarensis	291
Aratus poeta græcus	281
Archimedes Syracusanus	199
Hyparcus in Alexandria	329

Ante Christum claruerunt.

	Anni	Dies
Hyparcus siue Abrachis in Rhodo.	115	0
Marcus Manili. poeta & Astrono.	59	0
Vitruuius & Virgilius	45	0
Strabo Geographus	20	0
Iulius Cæsar interfectus	38	20
Padua ante vrbem Romam	440	0
Roma à Romulo fundata	752	0

Die .20. Aprilis vti cecinit Propertius libro.4. sic.

Vrbi festus erat, dixere palilia patres
Hic primus cœpit mœnibus esse dies

	Anni
Vrbis secunda restauratio	572
Troia diruta à Græcis	1149
Padua ab Antenore fundata	1192

Post Christum seruatorem humanatum.

Ouidius Poeta Sulmonensis obijt	18
Titus Liuius Patauinus interijt	19
Marinus Tyrius Geographus	60
Lucanus Poeta iussu Neronis occisus	67
Andronicus Cretensis Theoricas edidit	68
Proclus Litius Astronomus floruit	95
Mileus stellarum loca obseruauit	99
Plinius.2. in mõte Vesuuio suffocatur	112
Claudius Ptolomeus floruit	132
Galenus Pergamenus claruit	142
Iulius Firmicus Siculus obijt	320
Theon Alexãdrinus Geometra	390
Riuoalti Venetiarũ fundamentũ primũ iacitur	421
Sanctus Hieronymus moritur	422
Felsina nunc Bononia restaura. à Theodosio.	423
Dionysius Abbas Romanus floruit	500
Pãtheon in vrbe templũ dicatur oĩbus sanctis.	610

Bizantij natalis.5838.Mundi.post Christum——638
Pestis horrifica Bizantij——741
Occubuerunt plusq; trecenta hominũ milia
Florentia olim confluentia à Carolo Magno fundatur.——802
Aboassar siue Albumasar floruit——844
Albategnius Arabs Astronomus floruit——880
Transfertur imperium ad germanos——955
Cãpanus Nouarensis mathematicus floruit——1031
Hierosolyma capit à Gefredo duce Xpianorũ.——1099
Auicenna medicus floruit——1100
Abraam Auenezre Astronomus claruit——1145
Hierosolyma debellatur à Soltano——1187

Post Christum humanatum. Anni

Hales Abenrageles astronomus floruit——1201
Io.Anglicus de sacro busto.i.sancto sepulchro Parisijs edidit computum ecclesiasticum et tractatũ de sphæra labente anno——1228
Alchindus Astronomus et medicus——1235
Vitello Mathematicus egregius——1274
Io.Faustus Maguntinus primus reperit vt fertur Artem imprimendi libros——1452

Mercurio genitore satis, Genitrice Minerua
Præditus æthereo semine mentis erat,

Constantinopolis capitur à Maumeto Octobris.2. olympiades.558.——1453
Roma depopulatur ab Hispanis & Alemannis.sedente Clemente.7.Maio.6.die——1527
Alexander Hispanus Papa.6.creatur——1492

Sextus Alexander, Sextus Nero, hic quoq; Sextus
Semper & à Sextis deruta Roma fuit

Iulius.II.Sauonensis Pont.Max.creatur in Vrbe labẽte seruatoris anno——1503
Leo.x.Florentinus Pont.Munificentiss.creatur.——1513
Clemens

Ad rianus Dortosensis obijt———————1522
Clem ens.7. Florentinus excidium vrbis————1523
Paulus.III.Romanus Pont.Augustiss.————1549.obijt
Iulius. III.Pont. creatur——————————1550
Clemens.6.Papa electus idibus Maij————1342

Hic Iubileos centum celebrarier Annis
Assuetos primus ad quinquaginta redegit,

Omnes Hebræorum Thalmutistę affirmabant, quatenus post quartum millenarium ab orbe condito venturus fuisset Messias verus Deus, sicuti Propheta testatur, & infra sextum millenarium effluxere Dies Messiæ Anno Mundi. 5200.

	Anni
Tempus inane, seu naturę lex	2000
Legis Hebręorum	2000
Messiæ aduentus	2000
Anni ab orbe condito ad Messiæ aduentum	6000
Millenarium quartum	4000
Post quartum millenarium effluxere	1200
Messiæ vero aduentus ab orbe condito	5200

Hebręi stolidi dicunt, ꝙ messias noluit venire propter eorum peccata, sed Christus messias verus descendit e cœlis, & venit ad nos. 5200. Anno labente post orbem conditum.

Christophorus Landinus Florentinus Christum fuisse verum Messiam, et e cœlis in terras descendisse, et humanam carnem suscepisse Mathematice nititur demonstrare hoc pacto.

Apud Hebræos Abraamus insignis Astronomus scripsit septem esse planetas, & septem angelos illorum ductores appositos, videlicet

Saturnus	Caphriel
Iuppiter	Satquiel
Mars	Samael
Sol	Raphael
Venus	Anael
Mercurius	Michael
Luna	Gabriel

Quemlibet vero illorum ducere Mundum. 354. Annis lunaribus, quos Magnum Annum vocitabat Hyparcus.

Ita ꝙ primus ducatus omnium septem planetarũ perficeretur in Annis. 2478. circiter septuaginta octo supra duo milia, et quadringẽtos, Quod si secũdo pe-

E

ragatur huiuſcemodi ducatus ſeptem planetarum. Continuantur ad Annos vſq;.4956.ſexto & quinquageſimo ſupra quatuor milia & noningentos Annos Mũdi, ex quibus omnibus palam perſpicitur, ꝙ tunc tertia vice regnare ceperat Saturnus ab Annis. 4956. & initiaretur ætas Saturni Aurea. 5310. & continuaretur ad calcem vſq;.7434. Sed Maro floruit Anno mundi. 5160. Chriſtus autem verus Meſſias naſcitur Anno Mundi. 5200. vertente.

Nos hic Arithmeticis notis exempla ſubnectemus, iuxta ordinem dierum hebdomadæ.

Angeli Planetę	Anni	Anni	Anni	Anni	
Capthiel — ♄ —	354	2832	5310	110	Aurea ętas
Anael — ♀ —	708	3186	5664	464	Petulantia
Satquiel — ♃ —	1062	3540	6018	818	Religionis
Michael — ☿ —	1416	3894	6372	1172	Scientiarũ
Samael — ♂ —	1770	4248	6726	1526	Ferrea
Gabriel — ☽ —	2124	4602	7080	1880	Antichriſti
Raphael — ☉ —	2478	4956	7434	2234	τελος
Ducatus	1	2	3	Chriſti ætates Męſſiæ veri	

Hoc pacto eſſemus ſub dominio Martis, & bellorum ab Anno. 1526. vſque ad. 1880. vel potius ab Annis. 1172. ad calcem vſque. 1526. in quibus regnauit ætas ferrea. Vigebit poſtmodum ætas Lunæ vſq; in finem Annorum. 1880. Vltimo ab. 1881. ad calcem Annorum. 2234. vigebit ætas regia quæ continuaretur. 2588. Poſt illos Annos conſurgeret ętas Saturni Aurea, Si quiſpiam exoptaret econuerſo iuxta ordinem dierum hebdomadæ Angelos. 7. planetarũ ducere Mundi tempora, Primum ducatum ſibi vẽdicaret Sol, quem diem nos Dominicã appellamus, quippe qui nomẽclaturam à domino dominante trahit, eſtq; dies in quo mundus fuit conditus & Chriſtus conditor reſurgens inferni clauſtra reſerauit, Plato in libris de Re publica Solem Dei filiũ appellauit Virgilius Apollinẽ, et Raphael angelus Solis duceret Mũdum,

Dein ducatum ſecundum duceret Gabriel angelus Lunæ. Tertium Samael angelus Martis, vltimo loco duceret Mundi tempora Capthiel Saturni angelus.

Horum omnium ſeptem planetarum primus ducatus terminaretur cum Anno———————————2478
Secundus ducatus ——————————————— 4956
Tertius ducatus ———————————————7434

Ex quibus elicitur, quatenus in natiuitate IeſuChriſti qui fuit verus Meſſias. Tertio regnabat Raphael angelus Solis, quã do è cœlo deſcendit in terras Anno Mundi. 5200. vertente, Cõpleta ſcilicet ſecunda mundi ætate. 4956. in qua Raphael angelus Solis cœperat ducere mundũ per. 354. Annos, quan do Chriſtus verus Meſſias aſſumpſit carnem humanam, Nũc autem eſſemus ſub Iouis dominio vſq; ad calcem Annorum 1526. Chriſtus item verus Meſſias miſſus à Deo, non ſolum deſcendit in terras, dũ Raphael angelus Solis Mundi ſceptra teneret. Immo à mortuis reſurgens habitauit in nobis, & nos ab infernis cruciatibus eripuit.

7. Dies hebdomadæ.	☉	Raphael	354	2832	5310	110
	☽	Gabriel	708	3186	5664	464
	♂	Samael	1062	3540	6018	818
	☿	Michael	1416	3894	6372	1172
	♃	Satquiel	1770	4248	6726	1526
	♀	Anael	2124	4602	7080	1880
	♄	Caphtiel	2478	4956	7434	2234
	Angeli	ducatus	1	2	3	Chriſti

De orbe, ſiue Anno Magno.

Tullius de natura Deorum libro. 3. ait, Annus Magnus tũc efficitur, quum Solis & Lunæ, & quinq; errantium Saturni, Iouis, Martis, Veneris, Mercurij, ad eandem comparationem, confectis omnium ſpatijs, eſt facta conuerſio: quæ quã lõga ſit, magna queſtio eſt, eſſe vero certam & definitam, neceſſe eſt,

Beda preſbyter inquit, Annus magnus eſt, dum omnia ſydera certis curſibus exactis, ad locum ſuum reuertuntur.

Annus magnus est temporis spatium, in quo sydera omnia ad eundem redeũt locum, &. 49. vertentium Annorum millibus constare autumant genethliaci Arabes et Aegyptij.

Annus itaq; magnus, siue maximus est, quum Solis & Lunæ, vagantiumq;.5. stellarum erraticarum peragrationes, suos perfecerint orbes: hoc est: quãdocunq; ad idem signiferi punctum, vbi quõdam simul fuerant, vna referuntur: cuius anni hyems est cathaclismus: æstas autem Epyrosis, vtpote mundi totius incẽdium, In ijs siquidem alternis temporibus, mundus tum exaquescere, tum exignescere dicitur,

Ouidius Primo Meta.

Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Calcidius Expositor.

Diuus Plato nullibi meminit de huiusce temporis, siue anni magni quantitate. Cęterum in Timæo duntaxat ita scripsit Fit longo temporum interuallo cœlestis circuitus permutatio quædam, quam inflammationis vastitas necessario sequitur; Tum ij, qui edita & arida incolunt loca, magis pereunt, q̃ mari fluuijsq; vicini, Quando vero Dij aquarum colluuione terræ sordes diluunt, pastores ouium atq; bubulci, qui iuga montium habitant, periculum illud euadunt Hæc ille,

Iulius Firmicus maternus lib.3. inquit. Trecentorũ milliũ Annorũ maior est Apocatastasis, hoc est reĩtegratio. 300000.

Chaldæi quadringenta septuaginta millia	470000
Aristarcus putauit esse Annorum vertentium	2484
Herodotus & Linus	10800
Cassiodorus tricies sexties centum mille	18000
Iosephus de Antiquitatibus Hebręorum	6000
Macrobius, & quidam philosophi	15000
Milia ter quinq; Mundus complectitur Annos,	
Astronomi Prisci	36000
Astronomini recentiores	49000
Marsilius ficinus	9000

Seruius commentator Virgilij, inquit, Finitis omnibus seculis, rursus eadem renouari. hoc est. Completo Anno magno,

omnia sydera in ortus suos redire, et referri rursus eodem motu: quod si erit idem syderũ motus, necesse est, vt omnia quę fuerunt, reiterationem habeant. Virgil. Egloga. 4.

Alter erit tum Tiphis, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas, erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Nos autem concludimus, quod licet ad eadem loca cœli, omnia sydera restituantur, aut consimilis cœlorum dispositio, atque inter se stellarum omnium habitudo reiteretur, atque inueniatur, sicuti olim fuerat, non tamen iccirco erunt ijdem prorsus radij influentes, quippe quod non potest redire idem tẽpus, & ita non erunt eædem res apud nos, quæ olim fuerunt, neque ijdem homines, eadem bruta, ijdẽ euentus: & omnino eadem rerum inferiorum conditio, sed valde consimilis. Non vtique erit idem Plato philosophus in vrbe Atheniensium, & in ea præcise schola, vbi Aristotelem & alios discipulos edocebat, non eadem ciuitas, eademque achademia, ijdemque discipuli repetiti: & per innumerabilia secula repetendi, sed quemadmodum diximus, admodum consimiles.

In carnis autem resurrectione erũt ijdem præcise homines secundum rei veritatem fidemque catholicam.

Petrus de Aliaco Cardinalis Cameracensis, vsquequaque doctissimus, in suo elucidario, quem de Concordantia Astrologiæ cum Theologia, & historica veritate cõscripsit, cap. 34. ita scripsit, Sicuti ab Arietis initio ad finẽ Virginis est medietas signiferi æqualis medietati, quæ est à principio Libræ, ad finem Piscium, & ita quantum spatium temporis elapsi fuit ab Adamo, seu mundi exordio, vsque ad Christi aduentum, tantundem deberet esse, à Christi die natalicio, ad finem seculi: Quippe qui nutu Dei mũdus finietur per ignem, putredines seculi consumentem, sicuti sacra testatur scriptura.

	Anni Solares
Ab Adamo ad Christum effluxere	5200
A Christo nato ad finem seculi effluent	5200
Ab Adamo ad finem mundi præteribunt	10400
Ab Adamo ad Annos Christi. 1550. effluxere	6750
Ab anno. 1550. ad finem seculi restant	3650

Ego hanc Cameracensis alioqui commenticiam opinionem neutiquam reijcere, neq; affirmare ausim: quippe qui veluti habetur in Actibus Apostolorum capite primo, Non est nostrum nosse tempora & momenta, quæ pater posuit in sua potestate, verum

Ouidius.

Ille opifex rerum, & summi fabricator olympi,
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus

Deditq; illi perquirere & scire omnia, quæ posuit in potestate cœlorum. Est enim, inquit Origenes, vniuersum cœlũ, quasi liber quidam apertus: omnia futura in se scripta continens, quod Iacob affirmat inquiens, Legi enim in tabulis cœli quęcunq; contingent vobis, & filijs vestris.

Illud idem comprobat libro. 4. Marcus Manilius, dum ita eleganter cecinit

De Diuinitate Animi.

Atq; ideo faciem cœli non inuidet orbi
Ipse Deus, vultusq; suos corpusq; recludit
Semper voluendo, seq; ipsum inculcat & offert,
Vt bene cognosci possit, doceatq; videndo
Qualis erit, doceatq; suas attendere leges,
Ipse vocat nostros animos ad sydera mundus,
Nec patitur (quia non condit) sua iura latere,
Quis putat esse nefas nosci? quod cernere fas est?
Nec contemne tuas quasi paruo in corpore vires,
Quod valet immensum est. sic auri pondera parui
Exuperant precio numerosos æris aceruos.
Sic Adamas punctum lapidis preciosior auro est,
Paruula sic totum peruisit pupula cœlum
Quodq; vident oculi minimum est, quum maxima cernãt
Sic animi sedes, tenui sub corde locata,
Per totum angusto regnat de limite corpus,
An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?
In cœlumq; redire animas? cœloq; venire?
Dispensatq; hominem, quid mirum noscere mundum
Si possunt homines? quibus est & mundus in ipsis?

Exemplumq; Dei quisq; est in imagine parua,
An cuiquam genitos nisi cœlo credere fas est.
Esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
In terris vel mersa vadis, vel in aere pendent,

De Annis vertentibus.

Romulus statuit annum compleri interstitio decem mensium, ab hominis quippe cōceptu ad diem natalē, Vnde Ouidius Sulmonēsis Poeta ingeniosissimus in primo Fastorum libro ita eleganter cecinit,

Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis,

Annus præterea vertens seu ciuilis est circumuoluētis Solis ad idem signiferi pūctum remigratio. Huiusce temporis anni interstitium diuersi diuerso dierū numero supputarunt. Philolaus vertentem quippe annum Lunarem continere arbitrabatur dies. 354. & dimidiatum.

	Dies.	Horæ.
Philolaus	354	12
Aphridius decernit esse	365	0
Arpalus obseruauit annum	365	13
Ennius in anno bisextili	366	0
In anno ciuili	365	0
Iulius Cæsar confecit annum ciuilem	365	6

Annus vertens labitur atq; perficitur dum Sol permeans, & percurrens duodecim signa zodiaci ad eundem pūctum, vnde iam progressus fuerat, denuo remeauerit,

Annus igitur vertens est, veluti anulus, Solis circumuolutio, & ad eandem signiferi partem remigratio: quādoquidem in se sua per vestigia flectitur annus. Vnde Mātuanus Poeta primo Georgicorum libro ita eleganter cecinit

Iccirco certis dimensum partibus orbem,
Per duodena regit mundi Sol aureus astra,

Annus itaq; vertens tempus est tercentum, & sexaginta quinq; dierum, cum quarta diei naturalis parte, vtpote ho-

ris.6.circiter,vel est spatium temporis,in quo Sol signiferum totum ambit,

De Anno autem vertente olim variæ fuerunt opiniones. Archades & Chaldæi interuallum esse trium mensium putauerunt,quale spatium,siue interstitium est ab æquinoctio verno, ad solstitium æstiuum: & ab solstitio æstiuo, ad æquinoctium autumnale:& ab hoc ad hibernum, ab hiberno ad ęquidiale interstitium,

Persę, et Aegyptij supputarunt annum Solarem compleri in diebus.360. & singulos menses dierum.30.

Mensium	Dies.
Ianuarius	30
Februarius	30
Martius	30
Aprilis	30
Maius	30
Iunius	30
Iulius	30
Augustus	30
September	30
October	30
Nouember	30
December	30
	360

Hebræi,Arabes,& Prisci Græcorum Annum ex.12. mensibus lunaribus,vtpote.354.diebus statuebant,& menses erant alternatis vicibus,alter scilicet.30.dierum: alter vero vndetriginta scilicet.29.diebus,

Lunam quippe hanc dierum.354.numerum explere compertum habebis,si per duodecim multiplicaueris dies. 29. & horas.12.qui profluūt ab vno nouilunio in alterum:vel à plenilunio in plenilunium,non computatis horarum scrupulis.

Mensium	Dies.
Ianuarius	30
Februarius	29
Martius	30
Aprilis	29
Maij	30
Iunius	29
Iulius	30
Augustus	29
September	30
October	29
Nouember	30
December	29
	354.

Annorum initia auspicabantur.


	Ab
Hebræorum primi	Adamo, seu prima mundi origine,
Græci	Alexandri morte,
Aegyptij	Nabuchodonosare
Arabes	Mahumeto
Latini veteres	Vrbe condita
Christicolæ	Christo nato

Alfonsus Hispaniarum Rex, & Ioães Blanchinus, volentes se conformare Romanis, Radices motuum vtriusq; luminaris, & .5. planetarum ad calendas Iani reduxerunt,

Numa Pompilius à Ianuario statuit annorũ initia, vti Ouidius secundo Fastorum cecinit,

Sed tamen antiqui, ne nescius ordinis erres
Primus, vt est Iani Mensis, & ante fuit,

Iulius Cæsar, Claudius Ptolemæus, & omnes neoterici Genethliaci ab ingressu Solis in Ariete, circa .x. diem Martij annos exordiũtur, Dionysius Abbas Romanus, qui floruit tẽpore Iustiniani Imperatoris: post Christi natiuitatem annis 500. voluentibus, instituit annos in posterum fore connumerandos ab incarnatione Mirifici verbi Dei seruatoris nostri,



quæ fuit.22.Die Martij,quatenus deleret memoriam Diocletiani,qui ecclesiasticos atrocissime prosequebatur.

Hac etiam tempestate, & multis ante seculis Florentini annos christianæ lyturgiæ auspicati consueuerunt ab.25.Martij Veneti ab caleñ.Martij,sed annos natiuitatis,& cõceptionis inuicem confundunt,cõnumerantes annos perinde ac si natiuitas cõceptionem præcederet,& Redẽptor Christus prius fuisset natus,quàm conceptus: nihilo tamen minus per nouem menses ante assumpsit carnẽ in vtero virginis, siue conceptus fuit,antequam nasceretur,

Ipsi autem sagaces Florentini(gratia exempli) vertente anno.1547.more Romano,& Imperiali, mense Iani,& Februarij,vsq; ad.25.diem Martij dicũt adhuc effluere annum.1546. & post.25. Martij exordiuntur annum.1547. quum re vera Domini Veneti àCaleñ.Martij effluat annus.1548.

	☉	Die	
Aequidialium Veris	♈	10	Martij
Solstitium æstatis	♋	12	Iunij
Aequinoctium Autumni	♎	13	Septembris
Solsticium brumæ	♑	11	Decembris

Vnde exordiantur Anni.

Persę,Aegyptij,Arabes,Chaldęi,& Prisci Græcorum
Mense Octobri Annos auspicabantur
Hebræi Apelæ Annorum initia exordiebantur,
A neomenia,vtpote nouilunio Septembris

Pisani vero longe melius q̃ Florentini, & Domini Veneti,Annum exempli gratia.1550. post sacratissimam Annũciationis diem,vtpote.25.Martij effluxisse contendunt:& merito audacter affirmant, confestim exordiri Annum Christianæ salutis.1551.

De quatuor Anni cuiusq; temporibus.

Virgilius in Georgicis.

Vere tument terræ,& genitalia semina poscunt,
At medio tostas Aestu terit area fruges.
En varios affert fructus autumnus,& atra
Venit hyems,teritur sicionia baccha trapetis
Atq; in se sua per vestigia voluitur annus

Ouidij Poetæ Sulmonensis.
Verq; nouum stabat cinctum florente corona
Stabat nuda Aestas, & spicea serta gerebat,
Stabat & autumnus calcatis sordidus vuis,
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos
Lucæ Gaurici Miscellania.
Vere Venus gaudet florentibus aurea sertis,
Spicea serta gerit, calidissima solibus Aestas,
Dat musto grauidas Autumnus pomifer vuas,
Tristis hyems montes niueo velamine vestit,

DE ANNIS VERTENTIBVS HOMINVM PRIMEVAE AETATIS.

Aurelius Augustinus libro. 15. de Ciuitate Dei, capite. 12. inquit.



Vnt præterea, non tamen vllo modo audiendi ij, qui putant aliter annos priscis tēporibus computatos, q̄ nostris, sed tantæ breuitatis, vt vnus noster annus decem illorum habuisse credatur. Quapropter inquiunt: quum audierit quispiam vel legerit nongentos annos quemquam vixisse, debet intelligere nonaginta: Decem quippe illi anni, vnus annus est noster, & decem nostri, centum illis fuerunt, q̄m sicut isti suspicātur vnum annum qualem nūc habemus. 365. dies cum quadrante: illi in decem partes diuidebant: & easdem partes singulas vocabāt Annos, quarum partium vna habet quartum senarium, videlicet dies. 36. horas. 12. Minutias. 36. eo q̄ Deus sex diebus perfecit opera sua, vt in septimo iam requiesceret, Opinio quorūdā

Feria 4	☿	Christus fuit traditus à Iuda.
6	♀	Crucifixus à Iudæis.
7	♄	Lugebant Apostoli.
1	☉	Resurrexit à morte.

Et propter hoc vt putant. 23. Annorum fuit Adam quādo genuit Seth, & ipse Seth. 20. habebat & sex menses, quando ex illo natus est Enos, quos appellat scriptura ducentos & quinq;

annos,Proinde etiam Enos,quum genuit Seth.19. agebat an nos.quando ex illo natus est filius eius Caynam, quos annos dicit scriptura.190.& deinceps per omnes generationes, in quibus hominum anni commemorantur ante diluuium.

Nullus fere in nostris codicibus reperitur, qui quum esset centum annorum vel infra, vel etiam.120, aut non multo amplius genuerit filiũ:sed qui minima ætate genuerit annorum 160.quia nemo inquiunt, decem annorũ homo potest gignere filios:qui numerus.100.appellabantur anni ab illis hominibus, sed in annis.16. est matura pubertas, & proli iã idonea procreandæ, quos.160.annos illa tempora nuncupabãt, hijs velut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacræ huius historiæ, sed astruere nitentes, ne sit credibile, ꝙ tam multos Annos vixisse feruntur Antiqui, persuaserunt sibi nec se suadere impudenter existimãt, tam exiguum temporis spatium, tunc Annum vocatum, vt illi decem sint vnus noster:& decem nostri.100.illorum, hoc autem falsissimum esse documento euidentissimo ostenditur.

Sexcẽtesimo nempe Anno vitæ Noe scriptum est, factum fuisse diluuiũ:cur ergo ibi legitur, & aqua diluuij facta est super terram.600.Anno vitæ Noe secundo mẽse.27. die mensis, si Annus ille minimus, quales.10. faciunt vnum nostrum, 36.dies habebat? Tãtillus quippe annus, si antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menses, aut mensis eius est triduum, vt habeat.12. menses. Quomodo igitur hic dictum est 600.anno secundi mensis.27. die mensis, nisi quia tales quales nunc sunt, etiam erant menses? Nam quo pacto aliter.27. die secundi mensis diceretur cœptum fuisse diluuium?

Deinde postea in fine diluuij ita legit̃, & sedit archa in mense.7.die.27.mensis super mõtes Ararath, Aqua autem minuebatur vsqꝫ ad.11. mensem.In.11.autem mense prima die mensis apparuerunt capita montium.Si igitur tales menses erant, tales profecto & anni erant, quales nunc habemus, Menses quippe illi triduani.27. dies habere non poterant, aut si pars trigesima tridui tunc appellabatur Dies, vt omnium portiones minuantur, ergo nec toto quatriduo nostro factum est illud tam grande diluuium, quod memoratur factum.40. die-

bus,&.40.noctibus,quis hanc absurditatem & vanitatem ferat?Prorsus tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc est, quē.24.horæ diurno curriculo nocturnoq; determināt: Tantus mensis quantus & nunc est,quē Luna cœpta & finita concludit,Tantus annus quantus & nunc est:quem.12.meses solares,additis propter cursum Solarem, quinq; diebus & quadrante consumant.Tantus annus. 600. vitæ Noe secundus erat mensis,eius quoq; mensis.27.die,quando cœpit esse diluuium,in quo per dies.40.continuatæ ingentes pluuię memorantur:quæ dies,non binas ac paulo amplius habebat:sed vicenas & quaternas,die nocteq; transactas:ac per hos tam magnos annos vixeruht illi antiqui vsq; amplius,q̄ nongentos, quantos postea vixit Abraham.175.& post eum filius eius Isaach.180.& filius eius Iacob;prope.150.& quantos interposita aliqua ætate Moses.120.& quantos etiam nunc viuūt homines.70.vel.80.& si amplius eorum labor & dolor. Plures etiam ad.900.Annos transiuerant:nemo tamen ad mille peruenit,& forte aliquis ad illos Annos applicuit, de quo sacra scriptura minime cōmemorat: Hæc ex Aurelio Augustino.

Iosephus primo de Antiquitatibus Iudæorū inquit,Post, Adæ peccatū,Deus cœpit minuere hominum vitam:annisq; nunc,non quantum primis vixerunt,sed vsq; ad.120.annos esse mensuram statuit.

Plin.lib.2.ait, Quanto magis magisq; pręterit seculi excursus,minora corpora naturam facere testatur,quod ēt Homerum commemorat sæpius carmine fuisse conquestum. Dicit etiam esse adhuc gentem,vbi.120.annos viuitur,sed nūc homines viuunt.70.vel.80.annos,vsq; ad.120.qui dicunt anni maiores Solis,& nō multo amplius. Plinius itē lib.7.cap.49.

Petosiris & Necepso negabant omnino posse quenquam naturaliter trāsgredi trimorion signorum, hoc est vniuersam portionem,siue congeriem trium signorum,vtpote.90. partium exortiuā mensuram, tetragonicā scilicet radiationem, quod Anaphoras appellabant.Sed has ipsas sępius incidi occursu maleficiorum syderum, aut etiam radijs eorum,Solisq; congressu,siue tetragono, aut epthagono intuitu, Quocirca in Italiæ tractu,Siculisq; regionibus.120.annos vitæ, morta-

libus contingere posse affirmabant, & vera dixerunt, veluti ex hac nostra elicitur tabella, Sub ęquatore non viuunt homines vltra. 90. Annos Solares.

Latitudo		Anni.	Menses.	Dies
0	Sub æquatore	90	0	0
37	In tractu Siculo	110	7	12
41	Geophoni Salerni	114	6	13
42	Romanæ vrbis	115	7	15
45	Venetijs	119	0	6
46	Tridenti	120	3	6

Plinius autem eodem libro. 7. capite. 49. ait; Inter Apenninum montem & Padum, vixisse plerosq;, veluti in sequenti apparet tabella.

Homines		Anni
3	Parmæ	120
1	Bruxelli	125
1	Placentię	131
1	Fauentiæ	132
1	Bononię	137
1	Arimini	137

Verum enimuero in Gallia, atq; Germania, ad Britãniam vsq; viuere possent homines infra Annos. 122. &. 146. veluti sequens edocet Typus.

Siquis enim nascere-tur in regiõibus istis horoscopante primo Leonis scrupulo absq; maleficarum stellarum occursu, posset ex naturali afflatu, cœlestiq; rore irrigatus ducere vitam, donec horoscopus ille per debitum Athazir ductus, faceret exhalma ab initio Leonis ad finẽ Chelarum, siue Scorpij initiũ.

	Anni.	Men.	Dies.
Parisijs	121	10	18
Maguntię	125	9	0
Perlinię	130	7	6
Madelburgi	132	5	0
Hybernia	143	3	5
Britãnia minor.	145	11	6

Berosus arbitrabatur vitã hominum posse naturaliter prolongari vsq; ad. 117. Annos.

Epigenes negabat homines posse implere. 122. Annos.

Virgilius in libello epygrammatum, humanæ vitæ periodum ad. 96. Annos produci posse ait;

Ter binos, deciesq; nouem super exit in Annos
Iusta senescentum quos implet vita dirorum,

Primo deniq; Geneseos capite. 6. 7.
inquit Dominus ad Mosem

Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, Eruntq; dies illius centum viginti Annorum

Signa	Signa	Anni	Anni
♈	1	10	10
♉	2	10	20
♊	3	10	30
♋	4	10	40
♌	5	10	50
♍	6	10	60
♎	7	10	70
♏	8	10	80
♐	9	10	90
♑	10	10	100
♒	11	10	110
♓	12	10	120

Per Mosem legislatorē Dei Altissimi verbis colligitur, Nullum hominem viuēdo posse. 120. Annos trāsgredi, quippe qui meo arbitratu totidem Annos. 12. Signa cœli portendunt.

Quēadmodū genitor meus diuino quodā numine afflatus, olim mihi sępius enuntiauit, callebat quippe omnium scientiarum enciclopediam.

LVCAS GAVRICVS.

Ter decies, Nouiesq; decem, superexit in Annos
Vita hominis, nec plus: dixerat ore Deus,

De Annis minimis.

Annus vertens minimus perficitur, dum Sol percurrens 12. Signa, ad eundem punctum vnde iam progressus fuit, denuo remeauerit, Annus (quasi anulus) est Solis circūuolutio, & ad eandem signiferi partem remigratio,

Namq; in se sua per vestigia voluitur Annus,

	Dies,	Men.	Die.
Aaron Annum constituebat bimestrem— vtpote dierum	60	2	0
Chaldæi, Arabes, Archades trimestrem	90	3	0
Piso Rex, quadrimestrem	120	4	0
Acarnanes, semestrem	180	6	0
Meton Atheniensis Annorum. 19.	6940	231	10

Ille vndevicesimus Annus à Græcis Decaenneatens vocitabatur. 19. Annum statuere

	Dies	Horæ	Minuti
Vrbis conditor Romulus	304	6	0
Numa Pōpilius in prima institutiōe.	354	0	0
Aegyptij Annum vertentem	360	0	0
Philolaus prodit Annum esse	364	12	0
Harpalus Author vetustissimus	365	13	0
C. Iulius Cæsar	365	6	0
Alphonsus, Io. Blanchinus	365	5	49

Christus humani generis Redemptor incarnatus fuit vertente Anno Mundi. 5200. intercalari veluti prima sequens indicat cœlestis figura.

Absurdum mihi videtur, q ignarum vulgus opinetur Annos intercalares iterfticios, hoc est bisextiles fore insalubres & præ cæteris infortunatiores, quin etiā omnino ridiculum est, q Medici quidam Scioli, qui de balneis mineralibus scripserunt audacter affirment, & alijs persuadere audeāt, balnea neutiquam conferre ægrotantibus in huiuscemodi Annis interstitijs intercalaribus hoc est bisextilibus,

De locis planetarum supputandis in die Natalitio seruatoris nostri Iesu Christi.

Alphōsus Hispaniarum Rex doctissimus, Ioānes blanchinus, Stoflerinus, et pleriq; omnes qui tabulas composuerūt, pro supputandis locis planetarum & luminum synodis, atq; plenilunijs, reduxerūt illorum radices ad calendas Iani in meridie more Romanorum, & imperiali, & in supputādis locis planetarum in Christi die natalitio nō retrocesserunt illorum radices, per sex dies & horas duodecim fere interjectos ab hora seruatoris natalicia ād calen. vsque Iani, vel dies septem à media nocte sabbati, vtpote ab. 24. Decembris ad meridiem vsque calendarum Ianuarij, & qui istud non obseruauerunt, perperā supputarunt loca planetarū, vt patet hic in margine.

♄	15	♓
♃	9	♎
♂	10	♈
☉	10	♐
☽	10	♉

Verum enimuero Dionysius Abbas Romanus, Petrus de Aliaco, Nicolaus cusanus ecclesiæ cardines doctissimi, & Rogerius bacchon Astrologi, & theologi in christiana religione approbati circa huiuscemodi negotiū subtilius philosophantes loca planetarū in natiuitate seruatoris supputarunt retrocedentes per dies. 7. à calendis Iani, & loca vera luminarium, & quinq; planetarum in sequenti schemmate annotabimus.

Christi

Christi seruatoris genitura in Hierosolymitano finitore.

Latitudo.32.Longitudo.66.

Anno Mundi.5200.

Decembris.

♄ 24. 7. 3. N. S.

24. 12. 0. P. M.


Hierosolimę.

Dum medium silentium tenerent omnia.

Venetijs supputat.			
♂	10	21	♈
☽	1	54	♉
♄	14	11	♊
♃	7	41	♎
☉	2	46	♑
☿	6	41	♑
♀	18	37	♒

Radiationes Planetarum mutuę.			
♄	♂	✶	Planeti inuitus.
♄	♀	△	
♃	♂	☍	
♃	☿	□	
♂	☿	□	
☉	☿	☌	
☉	☽	△	
☿	☽	△	

| 63. 52. |



In finitore Veneto.				
♄	14	10	♊	℞
♃	7	40	♎	
♂	10	21	♈	
☉	2	40	♐	
♀	18	37	♒	
☿	6	50	♐	
☽	1	53	♉	

De verbigine seruatoris nostri Iesu Christi
Die Natalitio.

ANnua lux rediit totum celebranda per orbem,
Inter christicolas, pangite dulce melos,
Annua lux rediit diuine stirpis honore
Digna coli, resonet laudibus omne forum,
Annua lux rediit celso qua illapsus olympo
Tectus carne Deus, est quoq; factus homo,
Annua lux rediit sceleris qua pœna parentum
Promeruit veniam, plaudat vbiq; chorus
Annua lux rediit, qua viscera sancta petiuit
Virginis intactę qui replet omne Deus,
Annua lux rediit, qua nata enixa parentem
Illibata Deum virgo Maria fuit,
Annua lux rediit nobis, qua diua propago
Se dedit infantem, qui facit omne loqui,
Annua lux rediit, qua mundo Stella refulsit
Iam noua perradians, progeniesq; Dei,
Ergo alacres cuncti sanis consistite templis,
Christigenę, & nato thura dicate Deo,
Sint procul à nobis sordes, sint omnia pura,
Et seruatori munera ferte Deo,
Non animo subeant odium furor atq; nefandus
Inuidię liuor, nec sceleratus Amor.
Corpora neu pateant Veneri, nec auara cupido
Vos vetet ante aram fundere posse preces.
Casta volunt superi, maculataq; corda refutant.
Virgo parens domini, virgineusq; puer.

Sibyllæ de Christo ita vaticinabantur.

Sibylla Arabica.

Ecce veniet dies, & illuminabit dominus condensa tenebrarum, & soluetur nexus synagogæ, & desinent labia hominum, & videbunt Regem viuentium, Tenebit illum in gremio virgo domina gentium, & regnabit in misericordia.

Sibylla Erithrea.

In vltima ætate humiliabitur Deus, & humanabitur proles Diuina, iūgetur humanitati diuinitas, iacebit in fęno agnus,

& officio puellari educabitur Deus & homo,

Sibylla Europea.

Veniet ille, & regnabit in paupertate, & dominabitur in silentio, qui egredietur de vtero virginis.

Sibylla Tyburtina.

Nascetur Christus in Bethleem, & annuntiabitur in Nazareth, Regnante Tauro pacifico fundatore quietis, o fœlix illa Mater, cuius hubera illum lactabunt.

Tempore Tarquini Prisci, de Christo vaticinabatur, Sicuti Virgilius interpretabatur, Egloga. 4.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt saturnia regna,
Et noua progenies cœlo demittitur alto,
Clara Deum soboles, magnum Iouis incrementum.
Ille Deum vitam accipiet, diuisque videbit,
Permixtos heroas, & ipse videbitur illis.
Iamque aderat promissa dies, quo tempore primum
Extulit os sacrum diuinæ stirpis imago.
Missa sub imperio, venitque in corpore virtus
Mixta Deo, subijt chari genitoris imago.

Sibylla Hellespontiaca,

De excelso cœlorum habitaculo prospexit Deus humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis de virgine Hebræa incunabulis terræ.

In diem Natalem Christi Seruatoris, hymnus. Georgij Sabini poetæ.

NVnc te vera Dei soboles, hominumque redemptor
Christe, Palestina virgine nate canam,
Nanque dies agitur quo laudatissima quondam
Te peperit, salua virginitate parens,
At tua cantabo quibus incunabula verbis
Nate Deo, laudes ordiar vnde tuas,
Tu patris es verbum, quod erat, cum nulla fuerunt
Secula, cum nondum terra nec vnda fuit.
Atque per hoc ipsum sunt omnia condita verbum,
Tecque nihil factum non operante fuit,

Lumen es æterno de lumine,ueràq; uitę
Lux,sine qua cœli lumina luce carent,
Tu fulgor,necnon ipsius imago parentis
Consimilem qui te gaudet habere sui,
Aequeuusq; patri cum sis,& originis expers
Nasceris,archanum quid magis esse potest?
Nasceris ipse puer,Mundi sator,arbiter æui
Ante tuæ uitam qui genitricis eras.
Totus & immensi,quem non capit ambitus orbis,
Clausit in angusta te quasi sede caro,
Quæ tamen intactæ matris caro sanguine tantum
Nec fuit admixto semine creta uiri,
Verus homo,uerusq; Deus,consorsq; duorum
Tu simul illius nomen & huius habes,
At quæ causa fuit,cur æthere lapsus ab alto
Indueres hominis corpus,et ossa Deus?
Numinis ipse tui cur maiestate relicta,
Sponte tot ac tantis subijciere malis?
O nimium nostros nimium miserate labores,
Vnica nascendi nos tibi causa sumus,
Nam tua te bonitas,& nostrę cura salutis
E patris eduxit maxime Christe sinu,
Consortemq; Dei suprema in sede morantem
Debile te fieri carnis adegit opus,
Quippe reuelares,ut inenarrabile uerbum
Quo promissa pijs uita salusq; fuit,
Et quibus heu patris iustam commouimus iram,
Nostra piarentur crimina morte tua,
Natus ob has causas,totiq; salutifer orbi
Es datus,& nostras iussus obire uices,
Vtq; dedit casto te uirgo puerpera partu,
Asperior quamuis sors tua sorte fuit,
Non tepidi ueris,nec aprici contigit Anni
Tempus,erant acri rura perusta gelu,
Tristius horrebat brumali sydere cœlum
Frigore concretam,noxq; tegebat humum,

Nec domus excepit te splendida diuite cultu,
Sed casa quæ vili stramine tecta fuit.
Hæc eadem uento casa peruia stabat & imbri,
Nam paries raro uimine tectus erat,
Nec molli pluma, sed acuta carice lectos,
Sordidus hospicio præbet egente locus,
Syderea uero domus aurea plaudit olympi,
Fulgida natali gaudet, & æthra tuo,
Lux diffusa polo nocturnas dimouet umbras,
Ignea quin solito clarius astra micant,
Auditi resonant cœli per inania cantus
Angelicus, lęto quos dedit ore chorus
Ipse etiam stygius carcer gaudentibus umbris
Plaudit, & exultat lętus ouante sono
Salue nate puer castę sine labe parentis
Aeterni, salue uera propago Dei,
Tu nisi sumpsisses humani corporis arctus,
Nos phlegetonteę pœna maneret aquæ,
Nec uis eumenidum, sęuiq; potentia Ditis
Fracta, nec horribilis mors superata foret.
Iam sumus exempti pœna, diuinaq; nobis
Gratia natali conciliata tuo est,
Ergo quibus uerbis, & quo tibi carmine grates
Humani generis Christe redemptor agam?
Laus tibi sit nato, sit honos, & gloria semper,
Cuius adoptati nos bonitate sumus,
Rursus ut æterno regno uitaq; fruamur,
Quæ trucis imperio mortis adempta fuit
Quin itidem patri sit honos & gloria, cuius
Munere tu nobis natus es, atq; datus,
Necnon spiritui sit honos & gloria sancto.
A quo conceptus filius ipse Dei es,
Per tua te uero cunabula dulcis Iesu
Per tua te supplex uiscera sancta precor,
Si te corde pio colimus, bella horrida bella
Discute, quæ nostro tempore mota fremunt,

Aſpice nos propius ſummi patris vnica proles,
Daq; tui nobis cognitione frui,
Et licet hoc grauiter te nos offendimus æuo,
Tu tamen Emanuel tu bonus eſſe velis,
Eſt pueris breuis ira bonis,placabilis ætas,
Hæc facile offenſam depoſuiſſe ſolet,
Tu nobis igitur placabilis omnibus eſto,
Quo melior non eſt natus in orbe puer.

Claudiani de Chriſti ſeruatoris aduentu.

PRoles vera Dei,cunctiſq; antiquior Annis,
Nunc genitus, qui ſemper eras,luciſq; repertor
Ante tuæ,matriſq; parens,quem miſit ab aſtris
Aequeuus genitor,verbiq; in ſemine fuſum.
Virgineos habitare ſinus,& corporis arcti
Iuſſit inire vias,paruaq; in ſede morari.
Quem ſedes non vlla capit,qui lumine primo
Vidiſti quicquid mundo naſcente crearas
Ipſe opifex,opus ipſe fui,dignatus iniquas
Aetatis ſentire vices,& corporis huius
Diſſimiles perferre modos,hominemq; ſubire,
Vt poſſis monſtrare Deum,vt lubricus error,
Et decepta diu varij ſolertia mundi
Pectora tam multis ſineret mortalia ſeclis
Authorem neſcire ſuum.
Chriſte potens rerum redeuntis conditor æui,
Vox ſummi ſenſuſq; Dei,quem fudit ab alta
Mente pater,tantiq; dedit conſortia regni,
Impia tu noſtrę domuiſti crimina vitæ,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affariq; palam populos,hominemq; fateri,
Quin & ſupplicij nomen,nexuſq; ſubiſti
Vt nos ſurriperes læto,mortemq; fugares
Morte tua,

Claudiani de Miraculis Chriſti.

Angelus alloquitur Mariam,quo Præſcia verbo
Concipiat,ſalua virginitate Deum

Dant tibi Chaldæi prenuntia munera Reges
Myrrham homo, Rex aurum, suscipe thura Deus,
Permutat lymphas in vina liquentia Christus,
Quo primum facto se probat esse Deum,
Quinq; explent panes, pisces duo, millia quinq;
Et Deus ex paruo plus superesse iubet,
Editus ex vtero cęcus noua lumina sensit,
Et stupet ignotum se meruisse diem,
Lazarus è tumulo (Christo inclamante) resurgit,
Et duræ mortis lex resoluta perit,
Nutantem quatit vnda Petrum, cui Christus in alto,
Et dextra gressus firmat, & ore fidem,
Exanguis Christi contangit fœmina vestem,
Stat cruor in venis, fit medicina fides,
Iussus post multos graditur paralyticus Annos.
Mirandum, lecti portitor ipse sui,

De Christi seruatoris diuina resurrectione
Paule Beatissime.

PAulus Midelburgẽsis olim Episcopus Forosemproniẽsium cõtra omnium & Theologorũ et Astronomorum sinas & supputationes perperam inscriptis, reliquit in sua magna Paulina lib. 14. cap. 3. Christũ fuisse cruci affixum Die Veneris. 30. Martij, vertẽte Anno ętatis suæ. 36. Resurrexisse autẽ à mortuis calendis Aprilibus, die Solis, quam latini Dominicam vocitãt, Verum enimuero in rei veritate, vti sacra testatur scriptura, & potissimum Albertus cognomento magnus. Beda presbyter, & vniuersa fere theologorũ achademia, Christus (vti babetur in euãgelio) fuit à perfidis Hebręis cruci affixus in parasceue, hoc est vigilia paschatis Feria. 6. hoc est. Die Veneris. 25. Martij, hora. 6. Marti dicata Anno ætatis suæ. 33. cum. 3. mensibus illicet completis. Resurrexisse autem à mortuis ad vitam æternam, die. 27. Martij, die & hora Soli dicata, prima sabbatorum secundum Iudęos, quem Solẽ, Plato in republica Dei filium appellabat, Virgilius vero

Martij die	
☉	25
☽	26
♂	27
☿	28
♃	29
♀	30
♄	31
☉	1

Phœbum

Phœbum seu Apollinem. Hæc dies sacratissima Soli cõsecrata nomenclaturam sibi à domino dominante trahens, ob memoriam dominicę resurrectiõis, merito quidem ab omnibus vbiq; est veneranda & sollemniter celebranda, quippe qui in ea Mundus fuit conditus, & Christus resurgere voluit vere nouo, siquidẽ vti primo Fastorum ingeniosus cecinit Vates,

De Vere nouo.

Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas
Et noua de grauido Palmite terra tumet,
Et modo formosis operitur frondibus arbos,
Prodit & in summum seminis herba solum,
Et tepidum volucres concentibus aera mulcent,
Ludit & in pratis luxuriatq; pecus,
Tunc blandi Soles, ignotaq; prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe figit opus,
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro,
Hæc Anni nouitas iure vocanda fuit,

Tertio Fastorum. De vere nouo.

Quid q; hyems adoperta gelu, tunc deniq; cędit
Et pereunt victę, Sole tepente niues,
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes,
Viuidaq; in grauido palmite terra tumet,
Quæq; diu latuit. nunc qua se tollit in auras
Fertilis occultas inuenit herba vias,
Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi
Nunc auis in ramo tecta, laremq; parat,

Virgilius Secundo Georgicorum. De vere nouo.

Ver adeo frondi nemorum, ver utile syluis,
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt,
Tunc Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium late descendit, & omneis
Magnus alit magno coniunctus corpore fœtus,
Auia tunc resonant auibus uirgulta canoris
Parturit almus ager, zephiriq; tepentibus auris
Laxant arua sinus, superat tener omnibus humor,
Inq; nouos Soles audent se gramina tuto
Credere, nec metuit surgentes pampinus Austros

Hac iter ad superos, & ad alti regna tonantis
Terrarum spretis omnibus illecebris,
Fœlix qui vanos potuit contemnere luxus
Nos rapit incauto mors truculenta pede,

De veri Messiæ aduentu.

Per hebraicas quoq; Annorum mundi supputatiões contra ceruicosum illud pecus hebręorum, qui nondum crediderunt verum Messiam adhuc venisse, Ioannes Picus Mirandulanus in.6.dierum Geneseos enarratione, cap.4. demonstrauit Christum verum Messiam e cœlo ad nos descẽdisse, dum quartus ageret millenarius. Ita q in ipsa quarti millenarij medietate Christus aduenerit, & inanitati legis plenitudo euangelica successerit. Heliæ siquidem oraculo & omnes Thalmutistę per.6.dies Geneseos.6000.Mundi Annos designabant, Mille enim Anni sunt vnus dies apud Deum, frustra igitur recutiti Hebræi Messiam expectant, quum supra mille & quingentos Annos ad nos iam venerit, licet ipsi prorsus stolidi & obstinati eum non cognouerint sub ignorantię & obstinationis nubilo laborãtes, venit vtiq; in plenitudine temporis Iesus ex Nazareth filius Mariæ virginis, pmissus hebræis, non tamen venit ad illos, qui eum non cognouerunt. Sed ipse in propria venit, licet sui eum receperint, non cognouerũt, non vtiq; sunt iam sui, qui erant sui, Quid igitur cęci Solẽ expectatis? adest quippe Sol iustitię, & lux Mundi Christus scilicet, qui lucet in tenebris, sed tenebræ vestræ illum non cõprehender ũt, inquit enim ipse, Ego lux Mundi veni in mũdum, vt omnis qui credit, in me in tenebris non maneat,

Nos ẽt inquit Picus, per veriores supputationes quartum millenariũ excedentes à Mũdi exordio ad Christi aduentum per verba Thalmutistarũ luce clarius demonstrabimus, nedũ venisse Messiã, immo iamdiu pręterijsse tẽpus de aduẽtu veri Messię prędictũ ab Helia, Thalmutistarũ verba in libro qui inscribitur Auodara capite Lifrie hedehen sunt hęc ad literã.

Didicerunt discipuli Heliæ, sex mille Annorum mundus, duo mille inane, duo mille lex, duo mille dies Messiæ, sed propter peccata nostra, quæ multiplicata sunt, pręterierunt de eis quæ præterierunt, hæc illi, Thalmutistę vocabant inane tem-

pus ante traditam à Deo hominibus vllam legem, & duo mille legis, itaq; post quartum millenarium completum venturus erat Messias et verus Deus, itaq; sicuti Propheta testatur infra sextum millenarium effulsere dies veri Messię. Venit quippe Anno Mundi vertente. 5200. Iesus Christus verus Messias de sancta virgine natus, immo innumerabiles propemodũ multitudines Apostolorum, Martyrum atq; doctorum, qui intra quingentos Annos post Christi mortẽ claruere, & firmamentũ, id est legis obscuritatem, & mentis nostræ tenebras abstulerunt, & nos illuminauerunt.

De veri Mesśiæ aduentu.

Verum post sex mille Annorum curricula nullũ habetur vlterius in lege vaticinium. Adimpletę siquidẽ sunt omnes prophetiæ atq; omniũ prophetarum oracula, & omnia in nostri seruatoris arbitrio sita sunt. quippe qui omnia ex Deo ita sunt, vt nusquam vel minima quęq; deserantur ab ipso Deo, vbiq; enim diuina viget virtus per quam quęq; res consistũt, ac ppetuo quodã intimoq; circulo ad Deũ ipsum, à quo, & in quo mirifice reuoluũtur. Alioqui in nihilũ repente, pruerẽt.

De Christi aduentu.


Iesus Christus verus Messias, quem cęci sabbatarij cognoscere noluerunt ex summo cœlorum apice in terras pro salute generis humani descendit in plenitudine temporis fœlicissimi, vertente Anno Mundi. 5200. Dum per vniuersum fere terrarum orbem pax candida vigeret, imperante diuo Augusto Cęsare inuictissimo atq; doctissimo. Pręterea Christus gręce, Messias hebraice, latine vnctus interpretaĩ, fuit enim per Ioannem baptizatus, & oleo crismatis vnctus, vel quoniã eo tempore, quo natus fuit Iesus Christus Dei filius in Trãstiberina vrbis regione. vbi nunc est ecclesia Diuę Mariæ ex diuersorio seu taberna meritoria militibus veteranis pro substentãda eorum vita, merito deputata, Huberrimus fons olei purissimi emanauit è visceribus terræ, & per totam diem illã largissimo equidẽ riuo ad Tybrim vsq; fluuium defluxit, oleum illud Christi gratiã pollicebatur Romanis, & eorum subditis fore cõicandam, Fons ille primo fuit pręsagiũ aduẽtus humanati verbi, Dein sacramentũ eius in oleo & crismate futurũ.

De Miraculosa Solis eclypsi in passione Christi ex Nicephoro.


QVum in synodo luminariũ Luna existens sub medio eclypticę fuerit, vlis eclypsis fit, quum vero ab eclyptica ipsa ꝓportionabiliter declinauerit Solis labor particularis dicetur, Quum autem Luna à Borealibus ad Australia defertur & Solem subtercurrens, quæ ad septentrionales partes sunt, obscurat, si vero ab Australibus ad Borealia ferẽ, partes quæ ad meridiem vergũt, obumbrat. In vniuersalibus autem eclypsationibus, quum mediam eclypticam pertransiens reperitur partes quæ ad occidentem uergunt primum obscurat dein totum ipsum Solem subtercurrens occupat, illas autem partes pertransiens, quæ primum occuluerant, primum apparere permittit, hoc etiam modo omnes eclypses Solares fieri solẽt, & ab historijs factas fuisse, traditum est, Illum vero solum dũtaxat omnium Solis defectuum, qui tẽpore passionis Iesu Christi apparuit, supra omnem naturę ordinẽ factum fuisse tradiderunt, Quum enim coitus luminarium minime esset, sed potius ex diametro luminaria ipsa existerẽt, ab oriente Luna diuino nutu regrediẽs nouo & inusitato ordine Solem ipsum subtercucurreret, primum eas quæ ad ortum vergunt partes abscondendo, & spacio trium horarum adũbrando ipsum in regressu suo, rursus quum ab occasu ad ortum ferebatur, primas Solis partes quæ ad occasum conuersę fuerãt primas proprium lumen ostendere passa est. Pars siquidẽ Solis oriẽtalis primo fuit obscurata, & vltimo illuminata, quod secus accidere consueuit in deliquio naturali. Pars autem occidua primo obscuratur, & vltimo illuminatur, hæc ex Nicephoro fere ad literam.

☽ ☍ ☉

OCCAS.



☍



ORTVS

LVCAS GAVRICVS.

De portentoſa luminarium eclypſi, in paſſione verbigene ſeruatoris.

NAturalis Solis labor celebrari cōſueuit in neomenia, hoc eſt nouilunio, Luna prope nodū Boreum, vel Auſtrinum peragrante, qñ ſcilicet corpus lunare interponeretur intra noſtros oculorū intuitus, & Solis iubar fulgētiſſimum, nullatenus aūt naturaliter accidere pōt in plenilunio, neq; in quadraturis medijs aut interjacentibus locis, vel circiter, niſi miraculoſe, quod euenit duobus diebus antequam Chriſtus cruci affigeretur, præceſſerat enim totiluniū, die. 23. Menſis Martij hora. 5. cum. 25. fere ſcrupulis poſt meridiem in finitore Hieroſolymitano. [Opinio quorūdā.

In Romuleo autem hora. 3. cum. 25. minutis poſt meridiem iuxta medium motum ſupputatis.

Ex ijs igitur dictis colligitur vniuerſale illud Solis deliquium in paſſione Chriſti fuiſſe præter naturam, & prorſus portentoſum atque miraculoſum. Chriſtus enim die Veneris. 25. Martij, in qua (Angelo nunciāte) fuit etiam conceptus, à perfidis recutitis crucifigebatur, Luna

Martio poſt meridiem.	D.	H.	M.	
	8	11	2	☌ ☉ ☽
Adde	14	18	22	pro ☍
☍	23	5	24	Hieroſolymis.
☌	8	9	4	Romæ
Ad.	14	18	22	pro ☍
☍	23	3	26	☍ in vrbe
	23	5	24	Hieroſ.
	23	3	26	Romæ
dra.	0	1	58	

Ab sexta autem hora tenebrę factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad nonã,& terra mota est,& petræ scissę sunt,& monumenta aperta sunt,

Lucę.22.erat fere hora sexta,& tenebrę factę sunt in vniuersa terra vsq; in horam.9.& obscuratus est Sol,et velum templi scissum est medium.

Marci.15.capite,hora.6.tenebræ factæ sunt super omnẽ terram vsq; ad horam.9.& hora.9.exclamauit Iesus voce magna dicens,Eloi,Eloi,lamma sabacthani, quod est interpretatum, Deus meus,Deus meus vt quid dereliquisti me?

Sed postquam ab omni tenebrarum caligine purgatũ Solis iubar ad pristinam lucem redactum fuerat,extemplo Dionysius Ariopagita,& Apollophanus philosophus assumpserunt Philippi Aridei Astrologi tunc temporis ætate eminentissimi regulas de modo supputandi luminarium eclypses,

Quumq; simul comperissent, quod etiã erat omnibus notissimum, eatenus fatigatione eclyptica Solem ipsum neutiquã pati debuisse deliquij molestias, extẽplo eclypsim illam fuisse portentosam atq; satis miraculosam oĩbus ꝓmulgarũt.

Dionysius Ariopagita ob illam Solaris eclypsis portentosam,& nullo vnq; tempore visam neq; auditã stupidus quodãmodo ab eius collega Apollophano efflagitauit inquiẽs, O doctrinæ speculum Apollophane, quidnam huiuscemodi naturę secretis ascribis? E vestigio Apollophanus ore potius diuino q̃ humani sensus sermone ei respondit sic, O bone Dionysi,isthæc diuinarum distributiones sunt rerum. Dionysius aũt Areopagita in hunc prorupit sermonem, Aut Deus naturæ patitur,aut mundi machina dissoluetur. Postmodum in templo Deę Palladis,Deo sibi ignoto Aram dicasse fertur. Paucis dein temporibus interiectis.Diui Pauli Apostoli prędicationibus Deũ sibi prius incognitum cognouit Christum scilicet humani generis redemptorem, & baptizatus à Paulo ad fidem christianam conuersus & in Galliam missus apostolus singulos propemodum Gallos ad Christi catholicam fidem conuertere fecit,ibiq; Parisijs in Episcopum electus est. Sed iã tandẽ pro christiana religione martyrio coronatus remigrauit ad Christum,cui sit honor & gloria perennis.

De tempore

De tempore resurrectionis nostri seruatoris.

Christum humani generis redeptorem iacuisse mortuum in monumeto.3.diebus,&.3.noctibus habetur,Matthei.12. capite, dum in hunc prorupit sermonem,Generatio mala et adultera signum quærit, & signum no dabitur ei,nisi signum Ionę prophetę. Sicut enim Ionas fuit in ventre Cęti.3. diebus &.3.noctibus, sic erit filius hominis in ventre terrę tribus diebus,& tribus noctibus,hæc ille,

Horas.	
12 12 12	Artificiales Dies.
36	Artificiales.
12 12 12	Noctes.
36	horę noctis.
36 36	Horę omnes
72	Dies.3.

Posset quispiam dicta Apostoli interpretari Christum iacuisse mortuu in sepulchro,conumerata tota die Veneris artificiali,in qua Chrs fuit flagellatus,crucifixus,mortuus,atq; sepultus,simul cu nocte sequete & duobus alijs diebus sabbatoru naturalibus illicet sequentibus sic.

			Horæ
Reiterabatur		♀	12 Diei Artificialis. 12 Noctis sequetis.
	1	♄	12 Diei Artificialis. 12 Noctis sequetis.
	2	♄	12 Diei Artificialis. 12 Noctis sequetis.
Horas.			72. Dies.3.naturales.

Et ita possum concludere Christum stetisse mortuu in corde terrę, vtpote sepultura.3. diebus, &.3. noctibus artificialibus,vtpote.72.horis æqnoctialibus, quæ æquiualet.3.diebus naturalibus,quoru quilibet.24. horas æqnoctiales coplectit.

Aprili	Martio.		
8 Calendas	25	♀	Parasceue paschatis Chrs crucifi.
7 Calendas	26	♄	Pascha Hebręorum.
6 Calendas	27	☉	Pascha nostru, resurrectio Christi.

Hebræi propter sui paschatis sollemnitatem celebrabant

quoq; ſequẽtem diem noſtri paſchatis ſacratiſſimi. Omnibus igitur in confeſſo eſt Chriſtum triduo iacuiſſe mortuum in ſepulchro, quod dicitur ſeparatum à pulchro.

		An.	M.	Die.	
chriſtus Ieſus.	Baptizatus à Ioanne	29	0	13	Epiphania
	Incœpit prędicare	30	0	0	
	Stetit in deſerto	3	0	0	
	Mortuus	33	3	0	♀ in paraſceue.
	Reſurrexit	33	3	3	☉ Feria prima.

Quoniam verpi ſabbatarij cũ pleriſq; alijs nationibus dierum initia obſeruant, iuxta peragrationem Lunæ, quæ increpuſculo ſeu veſpere illicet poſt occaſum Solis incipit apparere, dum eſt phœbeo lumine plena, cõputatis .12. horis illius horrendę noctis, quæ cõfeſtim ſequebatur diẽ Iouis, in qua Chriſtus dixit diſcipulis ſuis. Dormite iam & requieſcite, ſufficit; venit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorũ. Surgite, eamus, ecce qui me tradet, prope eſt. In nocte illa ſequente diem Iouis perfida gens Hebręorum expuerunt in faciem Chriſti, & colaphis eum percuſſerunt atq; flagellarũt. Illis poſtmodum .12. horis, quæ ſtatim ſequebantur diem Iouis, ſi adijciantur aliæ .12. hore diei artificialis Veneris, cũ totidem alterius noctis illicet ſequẽtis, cum ijs omnibus ſimul coaceruatis .12. horis diei artificialis Saturni, & totidem noctis immediate ſequentis, quis niſi mentis inops denegaret? quin omnibus ſupra notatis horis ſimul in vnum coacervatis non proueniant horę .60. quæ æquiualent diebus naturalibus .2. & horis .12. qua temporis intercapedine humani generis ſeruator Chriſtus verbigena ſemp ſtetit mortuus in monumento. Tertia autem die ſequente, vtpote feria prima Soli dicata, & hora eiuſdem, quæ ſibi nomẽclaturam à domino dominante vendicauit, reſurrexit à morte ad vitam ęternam Solis iubare fulgentiſſimo exoriente.

	Hore.		
♃	12	N	S
♀	24	D	N
♄	24	D	N
	60 Hore		

Quãquam euangeliſtę nullibi mentionem fecerint, quatenus Ieſus Chriſtus humani generis redemptor fuerit cruci affixus, mortuus, atq; ſepultus feria .6. & reſurrexerit feria prima, hoc eſt die Solis domino ſacrata, ſiquidem feriæ nõdum

erant in vſu. Nihilo tamen minus dixere fuiſſe cruci affixum in paraſceue paſchatis, & reſurrexiſſe prima ſabbatorum,hoc eſt in prima die poſt Paſcha Hebręorum,quod Apellæ obſtinati in duobus cõtinuis diebus reiterabant, & biduum illud pro vnico dũtaxat ab ipſis computabatur,& cõtinuato ritu celebrabãt.

Dies hebdo.	Sabbatorum
☉	1
☽	2
♂	3
☿	4
♃	5
♀	6
♄	7
Planetarum	Feriæ

Suum igitur ceruicoſi,

Apellę binis celebrabant paſcha diebus,
Nos tribus hoc noſtrũ celebramus paſcha diebus,
Tertia namq; dies aderat,qua mortis acerbę
Victor ab inferna rediuiuus ſede refulſit
In Mundo,humani generis ſeruator & auctor
Chriſtus,cui ſit honos & gloria ſumma perennis,

Gregorius Papa dixerat Chriſtum iacuiſſe mortuum in monumẽto. 66. horas,& reſurrexiſſe à mortuis circa mediam noctem, quæ iam præceſſerat diem Solis, quatenus ab ĩfernis tenebris educeret pias animas, quę apud Limbum maximopere ipſum expectabant,

Diuus Thomas Aquinas in quodam Theologiæ libello, de tempore reſurrectionis Chriſti,ita ſcripſit,

Reſurrectionem vſq; ad.3.diem Chriſtus diſtulit, quia tempus ſufficiens videbatur ad mortis veritatem cõprobandam. Nec erat nimis prolixum ad ſpem liberationis tollendã, nam ſi amplius iam dilata fuiſſet, iam fidelium ſpes dubitationem pateretur,vnde (quaſi deficiente iam ſpe,) Quidam dicebãt Tertia die vltimo nos ſpabamus,quod ipſe redẽpturus eſſet Iſrael,non tamẽ per.3.integros dies Chriſtus mortuus remanſit,Dicitur tamen.3.diebus,&.3.noctibus in corde terrę fuiſſe illo modo locutionis,quo pars pro toto poni ſolet,quũ enim ex Die & nocte vnus dies naturalis conſtituatur,quacunque parte diei,vel noctis computata Chriſtus fuit in morte. Tota illa die dicitur in morte fuiſſe,Secundum vero ſcripturæ conſuetudinem,Nox cum ſequẽti die computatur, eo q; Hebræi tempora ſecundum curſum Lunæ obſeruant, quæ de ſero incipit apparere, fuit autem Chriſtus in ſepulchro vltima parte

sextæ feriæ, Quæ si cum nocte præcedente computetur, erit quasi dies vnus naturalis.

Nocte vero sequente sextam feriam, computata cum integra die sabbati, fuit in sepulchro, & sic sunt dies duo naturales, iacuit ẽt mortuus in sequenti nocte, quæ præcessit diẽ dominicum in quo resurrexit. vel media nocte secundum Gregorium, vel in diluculo secũdum alios. Vnde si computetur, vel tota nox, vel pars eius, cum sequenti die dñico, erit tertius dies naturalis, Nec vacat à mysterio, ꝙ tertia die resurgere voluit, vt per hoc manifestaretur quòd ex virtute totius trinitatis resurrexerit, vnde & quandoque dicitur eum resurrexisse, quòd ipse propria virtute resurrexit, quod non est contrarium quum eadẽ sit diuina virtus patris & filij & spiritus sancti, & etiã vt ostenderetur, ꝙ reparatio vitæ non fuit facta prima die seculi, id est sub lege naturali, nec secunda die sub lege Mosaica, sed tertia die, id est tempore gratiæ, Hæc diuus Thomas ad literam.

De Iesu Christo Iosephus Hebræus libro.18. de Antiquitatibus Iudęorum, cap.9. ita scripsit.

Fuit autem ijsdem temporibus Iesus sapiens vir, si tamẽ virum eum nominare fas est, erat enim mirabiliũ operum effector, & doctor omniũ eorum hominum, qui libenter audiũt quæ vera sunt, & multos quidem Iudęorum, multos etiam ex Gẽtibus alijs sibi adiunxit, Christus hic erat, Nũc falsa accusatione primorum nostræ gentis virorum, quum Pilatus in cruce erigendũ decreuisset, non deseruerunt ij, qui ab initio eum dilexerũt, Apparuit enim tertio die iterum viuus, secundum ꝙ diuinitus inspirati prophetę, vel hæc vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerunt, sed etiam in hodiernum diem christianorum, qui ab ipso nũcupati sunt, vt nomẽ perseuerat & genus. Hæc Iosephus ad literam.

Lentulus Hierosolymitanorum preses Senatui populoq; Romano. S.

Apparuit tẽporibus nostris, & adhuc est homo magnæ virtutis nominatus Christus Iesus, qui dicitur à Gẽtibus propheta veritatis, quem eius discipuli vocant filium Dei, suscitans

mortuos & ſanans langores, homo quidem ſtaturę procerę, ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuẽtes poſſunt & diligere & formidare, Capillos vero circinos & criſpos aliquantulum celuriores & fulgentiores ab humeris volitantes, diſcrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazarenorum, frontem planam et ſereniſſimã cum facie ſine ruga, et macula aliqua, quã rubor moderatus venuſtat. Naſi & Oris nulla prorſus eſt reprehenſio, barbam habens copioſam & rubram capillorum colore non longam, ſed in medio bifurcatam, Oculis varijs & claris exiſtentibus, in increpatione terribilis, in admonitiõe placidus & amabilis, hilaris, ſeruãta grauitate, qui nũquam viſus eſt ridere, flere autem ſæpe. Sic in ſtatura corporis propagatus & rectus, manus habens & membra viſu delectabilia, in eloquio grauis, rarus, & modeſtus, inter filios hominum.

DE SOLSTICIIS, ET AEQVINOCTIIS.

		D.	H.	M.	2.		Anticipant.				
Iulij Cęſaris.	365	6	0	0			Anni	D.	H.	M.	2.
Alfonſi regis.	365	5	49	16	ſubducito.						
Anni vertentes.	1	0	0	10	44	Differẽtia.	134	0	23	58	19
	2	0	0	21	28		268	1	23	56	38
	3	0	0	32	12		402	2	23	54	55
	4	0	0	42	56		536	3	23	53	14
	5	0	0	53	40		670	4	23	51	33
	6	0	1	4	24		804	5	23	49	52
	7	0	1	47	20		938	6	23	48	10
	8	0	3	34	41		1072	7	23	46	28
	9	0	7	9	21		1206	8	23	44	41
	10	0	14	18	42		1340	9	23	43	4
	11	0	17	53	21		1474	10	23	41	22
	12	0	21	28	3		1608	11	23	39	41
	13	0	23	15	23		1742	12	23	33	59
	14	0	23	58	19		1876	13	23	56	18

Iuxta Alphonſi Regis, Ioãnis Blanchini & Neotericorum verus locus Solis, æquinoctia & ſolſtitia anticipant. in. 134 Annis Solaribus, interſtitio vnius diei naturalis, pręciſus vero in vno minuto, &. 41. ſecundis horę,

Reuertuntur autem omnes diuerſitates in priſtinũ locum in Annis. 532. Solaribus. qui dicitur ciclus magnus proſiliens ex ductu circli Lunaris. 19. & cicli Solaris. 28. & proſiliunt. 532.

De Anticipatione cicli Lunaris, siue aurei numeri.

Aurei numeri ☽.	Horæ	Minuti	Anni	Dies.
19	1	30	304	1
38	3	0	608	2
57	4	30	912	3
76	6	0	1216	4
95	7	30	1520	5
114	9	0	1824	6
133	10	30	2128	7
152	12	0	2432	8
171	13	30	2736	9
190	15	0	3040	10
209	16	30	3344	11
228	18	0	3648	12
247	19	30	3952	13
266	21	0	4256	14
285	22	30	4560	15
304	24	0	4864	16

Ex hac tabella elicitur, quatenus Aureus numerus, siue Lunationes anticipant in Calendario ecclesiastico, intercapedine vnius diei naturalis, effluxis scilicet. 304. Annis Solaribus.

Introitus Solis in duodecim Signa.

Menses	Die.	H.	M.	☉	
Martio.	10	16	12	♈	Vere
Aprili.	10	8	58	♉	
Maio.	11	14	12	♊	
Iunio.	12	2	47	♋	Aestate
Iulio.	13	16	0	♌	
Augusto.	13	22	30	♍	
Septemb.	13	16	32	♎	Autumno
Octob.	13	20	54	♏	
Nouemb.	12	12	26	♐	
Decemb.	11	20	49	♑	Hyeme
Ianuario	10	4	18	♒	
Februario.	8	19	15	♓	

Martio.	10	Aequinoctium vernum.
Iunio.	12	Solstitium æstiuum.
Septemb.	13	Aequinoctium autumnale.
Decemb.	12	Solsticium hybernum.

Tēporibus Ouidij Sulmonensis Poetæ, Sol ingrediebatur primam Arietis partem, Die. 22. Martij, æquinoctium vero, Die. 25. sicuti ipse libro Fastorum ita eleganter cecinit,

Die Martio.
21
22 Sol in Ariete
23
24
25 æquinoctiū veris.
26

Tres vbi Luciferos veniens præmiserit eos,
Tempora nocturnis ęqua diurna facit.

Tunc enim Sol ingrediebatur primū Arietis minutum, tribus diebus ante æquinoctium vernum, non erant igitur vnū & idē ingressus ☉ in Arietis initio & ęquinoctiū vernū.

Iulius Cęsar ante Christi aduentum Anno. 45. redegit Annum ciuilem ad Annum Solarem, & supputauit tunc Solem ingredi sub pria Arietis parte die. 22. Martij, nihilominus æquinoctium veris obseruauit fieri die. 25. Martij, ęquinoctium vero autumnale, die. 24. Septembris,

Macedones quoqꝫ & Sanctus Anatolius in quodā suo libello de paschatis celebratione, affirmabāt Solē ingredi primum Arietis pūctum, die. 22. Martij, æquinoctium vero vernale. Die. 25. Martij.

Ex Iulio Cæsare.

Ciclus Lunę.	Literę dñicalis.	Septēb. Dies	Calē. Octob.	
1	A	24	8	
	B	25	7	
9	C	26	6	
17	D	27	5	
	E	28	4	
6	F	29	3	
14	G	30	2	

	Die	
Aequidiale uernum	25	Martij
Solsticium æstiuum	24	Iunij
Aequinoctium autumni	24	Septēbris
Solsticium hybernum	25	Decēbris

Quanquam pleriqꝫ & ferme omnes Genethliaci, & præcipue Neoterici arbitrentur, nullum prorsus fore discrimen inter Solis introitum sub prima lanigeri parte, & ęquinoctium uernum, immo unū & idem esse audacter affirmare non eru

beſcunt. Nihilo tamẽ minus Aegyptij ab Solis ingreſſu ſub primo Arietis ſcrupulo, ad ueris uerni ęquidialium cum Pto lemęo, & Columella non nihil diſcriminis eſſe arbitrantur.

Sole enim ſub primo eiuſdem lanigeri puncto peragrante die. 22. Martij abſq; omni cõtrouerſia. At Veris ęquinoctium die. 26. uel. 25. eiuſdem menſis eſſe contendebant, Quippe ꝙ tunc ab initio Arietis ad quartam ipſius partem ſub noni orbis ſignifero, ęquinoctium fore dijudicabant, quãdoquidem uix dies artificialis augeſcit in quatuor diebus incremẽto minutorum ſex, uel ſeptem.

Secundum prætera enucleatiorem Aegyptiorum ſententiam qui fuerunt prę cęteris calculationum gnari atq; eruditiores in quarta parte lanigeri ſupputabant Veris ęquidialiũ, Petoſiris & Necepſo, Meton, & Calippus, Plinius, & Grę corum pleriq; arbitrabantur, quatenus Sol primum Arietis punctum ingrediebatur. Die. 18. Martij, ęquinoctium tamen uernum dicebant celebrari die. 25. Martij, quãdo Sol peruenerat ad octauam partem eiuſdem lanigeri Arietis, & in octaua partę Cancri ſolſticiũ ęſtiuum, in octaua libræ ęquinoctium autũnale, & in octaua Capricorni hybernũ ſolſticium. Immo ſingulos planetarũ motus computabant ab initio Arietis octaui orbis, quem arbitrabantur eſſe primũ mobile, ſicuti & Ariſtoteles, nõ igitur eodem die erat Solis ingreſſus in Arietẽ cum æquinoctio uerno, ſed qñ Sol perueniſſet ad octauam partem Arietis, dies, nocteſq; pares eſſe, & fieri vernum æquidiale, ſiue æquinoctiũ, & tantam affirmabant fuiſſe diſtantiam ab initio octauæ ſphęræ, ad initium nonæ. An quia interſticio decem fere minutorum augetur æquinoctium in illis ſeptem gradibus fere completis, à Solis peragratione effluxis.

Martio Die	Gr.	☉
18	1	♈ Aequinoctia.
19	2	
20	3	
2	4	
2	5	
23	6	
24	7	
25	8	

Introitus

Introitus Solis in .12. Signa.

		D.	☉	
Phamenoth	Martius	16	♈	Ver
Pharmuthi	Aprilis	17	♉	
Pachon	Maius	18	♊	
Pauni	Iunius	17	♋	Aeſtas
Epyphi	Iulius	18	♌	
Meſori	Auguſtus	17	♍	
Thoth	September	18	♎	Autumnus
Phaophi	October	19	♏	
Athir	Nouember	18	♐	
Choiac	December	16	♑	Hyems
Tyby	Ianuarius	16	♒	
Mechir	Februarius	15	♓	

Veris æquinoctium	24	Martij
Solſticium æſtatis	25	Iunij
Aequinoctium autumni	26	Septēbris
Solſticium brumæ	24	Decēbris

		In parte
Aequidialia	♈ ♎	8
Solſtitialia	♋ ♑	8

Ex Columelę libro. 3 De re ruſtica. cap. 2.

	D.	
Aequinoctium veris.	25	Martij
Solſticium æſtiuum.	25	Iunij
Aequidiale autumni.	26	Septembris.
Solſticium brumę.	24	Decembris.

In Chriſti Die Natalitio introitus Solis in . 12 . Signa.

Menſes.	D.	H.	M.	☉	
Martio	21	19	40	♈	Aequinoctium veris.
Aprili	21	22	23	♉	
Maio	22	23	53	♊	
Iunio	23	15	58	♋	Solſtitium æſtatis.
Iulio	25	7	2	♌	
Auguſto	25	5	30	♍	
Septemb.	24	14	35	♎	Aequidialium autumni.
Octob.	24	9	45	♏	
Nouemb.	22	19	50	♐	
Decemb.	22	3	5	♑	Solſtitium hybernum.
Ianuario	20	14	45	♒	
Februario	19	13	10	♓	

Secundum Neotericos.

In solsticijs tā æstatis ꝗ̄ brumæ. In.12. dierum interstitio circiter vnius fere portionis horariç scrupulos differentiam facere compertum est, tam decrementi in solsticio æstiuo, q̄ cremento in ipso brumali.

Iunio Die	G. M.	Ascen. obliq. G. M.	Decē bris Dies	signiferi Gr.	G. M.
19	6 ♋	74 27	18	6 ♑	298 36
7	24 ♊	62 27	6	24 ♐	286 36
12	12	12 0	12	12	12 0
In solsticio æstiuo.			In solsticio brumæ.		

Aequator, çquidialis, çquinoctialis, grçce Isomerinos nuncupatur, ab Isos, quod est æquale & imera dies, circulus çqualitatis diei & noctis. Ideo ꝙ Sol, quum ad eum orbem peruenerit æquinoctium perficit in vniuerso terrarum orbe. Phryges æquinoctiū veris hilaria nuncupabant, vtpote exordium lætitiæ expectantes diem artificialem nocte longiorem, quoniam vti cecinit Naso in primo Fastorum libro,

Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas
Et noua de grauido palmite gemma tumet,
Et tepidum volucres concentibus aera mulcent,
Ludit & in pratis luxuriatꝗ; pecus,

Georgius Purbachius in theorica octauæ sphæræ, inquit, ex variatione sectionis eclypticç octaui orbis, & æquinoctialis respectu Arietis primi mobilis necessario sequitur, vt çquinoctia, atꝗ; solsticia continue varientur, seu diuersificētur, vnde non semper, quum Sol sub Ariete primi mobilis fuerit, necesse sit æquinoctium veris accidat, sed stat ante fuisse, vel postea futurum esse, quando videlicet Sol fuerit in sectione eclypticç, & æquinoctialis primi mobilis, sub quo simulac peruenerit, seu peragrauerit necesse erit in vniuerso orbe vernum efficiat æquinoctium. Iuxta vero Thebitis, siue Thebicij obseruationes Arietis & Libræ, describunt duos paruos circulos, quorum semidiameter est gradibus.4. Minuta.20. fere. Declinatio autem ab æquatore est gradibus.3. M.55. vel cir

citer. non poteſt fieri æquinoctiũ, niſi quũ Sol ſubingreditur interſectiones eclypticę mobilis, & ęquatoris Diſtãtia vernalis puncti à capite Arietis primi mobilis eſt gradibus. 5. M. 10. & talis punctus eſt circa initium. 26. gradus Piſcium. Eſt igitur ſecundum Thebidem hac tẽpeſtate ſedes æquinoctij vernalis circa quintum & ſextum diem Martij

Credebãt Priſci Aſtronomi initium Arietis octaui orbis præceſſiſſe principium Arietis nonæ ſphæræ. Et ingreſſum Solis ſub Ariete octaui orbis arbitrabantur fieri ſub. 26. parte Piſcium, ſub illo celebrabantur æquinoctia, & ſolſticia. Neoterici ſub Ariete. 9. ſphæræ æquinoctia, & ſub ♋ eiuſdem. 9. orbis ſolſtitia ęſtatis.

Martio Die	☉ ♓	
6	26	ęqnoctiũ
7	27	veris
8	28	
9	29	
10	0 ♈	
11	1	

Indictiones Cæſareas ſingulis Annis perſcrutari.

C. Iulius Cæſar inuictiſſimus atq; doctiſſimus primo Anno olympiadis. 194. Qui incœperat Die. 24. Septembris fuit tertius (vt inquiũt) ante Chriſti ſeruatoris noſtri aduentum, publico indixit, ꝓmulgauitq; edicto, vt in poſterũ, luſtris, ter, quinq; ꝑactis, vtpote. 15. Annis ſolaribus ſinguli Reges, Duces atq; principes Romano impio ſubditi, Cęſareæ Maieſtati, futuriſq; Cęſaribus ſiue imperatoribus tributa perſoluerent. Alioqui omnimodam dominij iacturam facerent,

Olympias. 194
Anno
1
2
3
4

LVCAS GAVRICVS.

Auguſtus Cæſar Regum Rex inclytus olim
Romano imperio ſubijectis Regibus atq;
Principibus, paſſim luſtris ter, quinq; peractis
Indixit cunctis, perſoluat quiſq; tributa
Sin ſecus, in populos ammittat iura rebellis,

Inditio quælibet complectitur tria luſtra, ſiue quinquatria, vtpote. 15. Annos ſolares,

Inditiones quibus notarij vtuntur in eorum inſtrumẽtis, mutantur die. 25. Decẽbris, Chriſti ſeruatoris noſtri natalitio.

Subditi Romano imperio ab vrbe remotiores propter difficultatem itineris, circa finem primi quinquennij perſolue-

bant Aurum ad dominationis Typum, In calce vero ſecundi quinquennij Argentũ ad militum diſpendia, In fine tertij, ęs & Ferrum ad armorum reparationem.

Indictio. { 3. In ſanctam Chriſtus deſcendit virginis aluum,
4. Tunc Deus ė ſancta virgine natus homo eſt.

Pro indictione reperiẽda Annis Chriſti vertẽtibus, adijce, ternarium numerum, vtpote. 3.

Tres annis Chriſti labentibus adijce, quos tunc
Si per quindenos diuiſeris, Inde reſultans
Cæſaris (vt perhibent) inditio certa ſubibit,

Poſtmodum illa annorum vniuerſa congeries per. 15. diuidatur, & ſi poſt diuiſionem quidpiam fuerit reſidui, cõfeſtim proſiliet indictionis numerus. At ſi nihil remanſerit, indictio Cæſarea erit. 15. vltimus quippe numerus indictionis, quem perſcrutabaris, In quotiente vero erit numerus indictionum, quæ iam præteriere.

Cæterum vnuſquiſq; tum à labore fugiendo alienus, tum Arithmeticę ignarus, in tabellis ſequentibus ė regione Anni cuiuſq; dextrorſum annotati in area communi, extemplo in prima numerorum ſerie leuorſum, comperiet numeros indictionis, quam perſcrutabatur,

Anni chriſtianæ lyturgiæ vertentes, ſed iam diu elapſi
Indictio Cæſarea.

	Indictiones.	Anni Chriſtianæ ſalutis vertentes elapſi.							
	1	0	13	28	43	58	73	88	103
	2	0	14	29	44	59	74	89	104
Cõceptus.	3	0	15	30	45	60	75	90	105
Natus.	4	1	16	31	46	61	76	91	106
Chriſtus Indictio. 4. ſm Dionyſiũ	5	2	17	32	47	62	77	92	107
	6	3	18	33	48	63	78	93	108
	7	4	19	34	49	64	79	94	109
	8	5	20	35	50	65	80	95	110
	9	6	21	36	51	66	81	96	111
	10	7	22	37	52	67	82	97	112
	11	8	23	38	53	68	83	98	113
	12	9	24	39	54	69	84	99	114
	13	10	25	40	55	70	85	100	115
	14	11	26	41	56	71	86	101	116
	15	12	27	42	57	72	87	102	117

Indictionū Typus, in plerisq; annis humanati verbi vertentibus elapsis, & futuris.

Indictiones.							Lræ dñicales.
1	1528	1543	1558	1573	1588	1603	G
2	1529	1544	1559	1574	1589	1604	F E
3	1530	1545	1560	1575	1590	1605	D
4	1531	1546	1561	1576	1591	1606	C
5	1532	1547	1562	1577	1592	1607	B
6	1533	1548	1563	1578	1593	1608	AG
7	1534	1549	1564	1579	1594	1609	F
8	1535	1550	1565	1580	1495	1610	E
9	1536	1551	1566	1581	1596	1611	D
10	1537	1552	1567	1582	1597	1612	CB
11	1538	1553	1568	1583	1598	1613	A
12	1539	1554	1569	1584	1599	1614	G
13	1540	1555	1570	1585	1600	1615	F
14	1541	1556	1571	1586	1601	1616	ED
15	1542	1557	1572	1587	1602	1617	C

Eodem pacto sigillatim foret procedendum quantumcunq; libuerit in posterum.

Anni Ante chrm	Anno Vrbis	Anno Mūdi	Olympias	Vrbis	Chri	Indictio.	Literę	Olympias
751	1	3209	6	753	1	4	A	
750	2	3210	7	754	2	5	G	195
749	3	3211		755	3	6	F	
748	4	3212		756	4	7	E. F	
747	5	3213		757	5	8	D	
746	6	3214	8	758	6	9	C	196
745	7	3215		759	7	10	B	
744	8	3216		760	8	11	A G	
743	9	3217		761	9	12	F	
742	10	3218	9	762	10	13	E	197
741	11	3219		763	11	14	D	
740	12	3220		764	12	15	C B	
739	13	3221	10	765	13	1	A	
738	14	3222		766	14	2	G	198
737	15	3223						
736	16	3224						
735	17	3225	11					

Olympias erat ſpacium quinꝗ annorum,ſicuti & luſtrum Græci per olympiades Annos numerabant,hoc pacto olympiadis primæ,aut ſecundæ,vel tertię,ſeu centeſime.100.200. vel.195.Anno primo.2.3.4.olympiadis,

Luſtrũ dicitur à verbo luſtro,as,& eſt(vt ſupra diximus) ſpaciũ.5.Annoꝝ à Romanis deputatum in tẽpore dictaturarũ. In calce enim cuiuſcꝫ quinquennij,& in principio dictaturę, ciues Romani ambibant,ſiue circundabant vrbem cũ cereis & candelis,et poſtmodũ in campo Martio dictatores eligebant,

195	1
195	2
195	3
195	4
196	1
196	2
196	3
196	4

Seculum eſt ſpacium centum Annorum.

Vrbis	chriſti	Indictio.	olympiad.	Literę	
774	22	10	200	D	
775	23	11		C	
776	24	12		B A	
777	25	13		G	
778	26	14	201	F	
779	27	15		E	
780	28	1		D C	
781	29	2		B	
782	30	3	202	A	Baptizatus.
783	31	4		G	
784	32	5		F E	
785	33	6		D	
786	34	7	203	C	Crucifixus.
787	35	8		B	
788	36	9		A G	
789	37	10		F	
790	38	11	204	E	
791	39	12		D	
792	40	13		C B	
793	41	14	205	A	
794	42	15		G	
795	43	16		F	

Annus depingitur serpens propriam deuorans caudam.

Serpens Annus ego sum, Sol sic circinat, in quo
Qui fluxit pridem, status est nunc temporis idem,

B 0	20	B 1532	1552 B
1	21	1533	1553
2	22	1534	1554
3	23	1535	1555
B 4	24	B 1536	1556 B
5	25	1537	1557
6	26	1538	1558
7	27	1539	1559
B 8	28	B 1540	1560 B
9	29	1541	1561
10	30	1542	1562
11	31	1543	1563
B 12	32	B 1544	1564 B
13	33	1545	1565
14	34	1546	1566
15	35	1547	1567
B 16	36	B 1548	1568 B
17	37	1549	1569
18	38	1550	1570
19	39	1551	1571

Iulius Cæsar vsquequaque doctissimus Annum ciuilem, siue communem redegit ad Solarē Annum qui complectitur dies naturales. 365. cum vno Diei quadrāte, vtpote horis sex vel circiter, vertente Anno. 45. ante Christum natum, qui erat primus post 44. intercalarem.

Qui latinis literis inuigilāt Annos bisextiles vocitant, intercalares, intersticios, isiticios, interiectos, Intercalare idem est, quod interserere, dicitur etiam emuolismalis, qui nomenclaturam sibi vendicat à verbo emuolo, hoc est intersticio, interpono. Ille autem Annus dicitur intercalaris, quando vna dies interseritur, seu adijcitur Februario, & tunc Februarius. 29. dies complectitur.

Annus embolismalis dicitur quādo habet. 13. lunationes, siue dies. 384. Mensis embolismicus est, quando Luna, siue neomenia est triginta dierum.

Nunquid anni virginei partus sint communes, an intercalares.

Annos domini quadrifariā diuidito, & si post diuisionem nihil remanet, ille erit bisextilis, sin aliquid erit communis, si remāserit vnitas dicetur primus post bisextum, si dualitas, secundus, si ternarius, tertius,

Bisextus ex quadrantis ratione perficitur
Tunc bisextus erit, partes per quatuor ęquas
Annos partiri quum poteris Domini,

	Mũdi	Chrĩ			
B	5152	48	Primus post. 44. bisextilem. *	5177	23
	5153	47		5178	22
	5154	46		5179	21
	5155	45		5180	20 B
B	5156	44		5181	19
	5157	43		5182	18
	5158	42		5183	17
	5159	41		5184	16 B
B	5160	40		5185	15
	5161	39		5186	14
	5162	38		5187	13
	5163	37		5188	12 B
B	5164	36		5189	11
	5165	35		5190	10
	5166	34		5191	9
	5167	33		5192	8 B
B	5168	32		5193	7
	5169	31		5194	6
	5170	30		5195	5
	5171	29		5196	4 B
B	5172	28		5197	3
	5173	27		5198	2
	5174	26		5199	1 Cõceptus
	5175	25		5200	B Natus
B	5176	24			

Iesus Christus humani generis seruator (Angelo nunciãte) cõceptus fuit labente Anno. 5199. die. 25. Martij, Assumpsit quippe humanam carnem, et natus fuit eodẽ Anno Mundi. 5199. Die Saturni. 24. Decembris, circa mediam noctem illicet sequentẽ, Primus vero Annus sui natalis. Anno Mundi. 5200. effluxit intercalaris.

Anno. 5199. { Conceptus. 25. Martij, Natus. 25. Decembris.

5199		
5200	B	
5201	1	
5202	2	
5203	3	
5204	4	B
5205	5	
5206	6	
5207	7	
5208	8	B

Versus computistarum.

Millia ter quinos mũdus complectitur Annos
Vt Plato testatur, magnũ quẽ nuncupat Annũ,
Ex his bis centum minus vno millia quinque
Præcessere tuæ noua legis tempora Christe

14999	Communis.
15000	Bisextilis B
15000	Platonis Annus magnus.
5200	Annus mundi secundum alios.

Anni

Anni ab orbe condito poſt Chriſtum.

Mundi		Chriſti		
B 5200	5224	1 Natus.	24 B	
5201	5225	1 Poſt natũ.	25	
5202	5226	2	26	
5203	5227	3	27	
B 5204	5228	4	28 B	
5205	5229	5	29	
5206	5230	6	30	Baptizatus Chriſtus.
5207	5231	7	31	
B 5208	5232	8	32 B	
5209	5233	9	33	
5210	5234	10	34	Crucifixus.
5211	5235	11	35	
B 5212	5236	12	36 B	
5213	5237	13	37	
5214	5238	14	38	
5215	5239	15	39	
B 5216	5240	16	40 B	
5217	5241	17	41	
5218	5242	18	42	
5219	5243	19	43	
B 5220	5244	20	44 B	
5221	5345	21	45	
5222	5246	22	46	
5223	5247	23	47	

De Ciclis Solaribus, & ſeptem literis Dominicalibus.

Ciclus Solis eſt intercapedo, ſeu reuolutio. 28. Annorum Solarium. In quibus ad priſtinum locum reuertuntur ſingulæ diuerſitates ex biſextis contingentes, Græce enim κικλος, latine ciclus, ſiue circlus, hoc eſt orbis interpretatur, non qa in illo temporis interſticio Sol totum ſigniferi orbem ſuo curſu compleat, ſed quoniam in. 28. Annis Solaribus ſingulæ varietates, quæ tum ex biſextis, tum ex ſeptem literis Dominicalibus contingere poſſunt in. 28. Annis ſolaribus ad ſua primordia reuertũtur, ſed quum biſextus quarto quolibet Anno celebretur & dies hebdomadæ ſint ſeptem. Si duxeris ſeptem per quatuor, proſiliet. 28. Qui numerus ciclus Solaris nuncupari conſueuit: huius autem adminiculo dignoſcun-

tur hæ septem literæ Dominicales, A B C D E F G,

Dies	☽ ♂ ☿ ♃ ♀ ♄ ☉
Literæ	G F E D C B

Quæ retrogrado numerantur ordine, quęlibet tamen litera dominicalis singulis Annis mutatur, & harum quælibet potest esse Dominicalis in calendario annotata.

Annus communis Solaris.365. Dies complectitur, quos si Septenario secueris quot sunt literæ dominicales. Confestim in quotiente prodibunt.52. hebdomadæ. sed vnus duntaxat dies esset residuus. hac igitur de causa in principio & fine Calendarij inseritur litera A. Completo siquidem Anno necessum est literam dominicalem mutari.

Ciclum igitur Solarem comperies, si ab Annis virginei partus vertentibus diduxeris.19. aut.9. adijeceris. Dein residuum illud aut congeriem illam per.28. secueris. Mox si quid piã fuerit residui Solaris ciclus prosiliet. At si nihil ciclus Anni illius erit.28. vltimus, scilicet ciclus Solis.

ANNIS HVMANATI VERBI LABENTIBVS.

CICLI SOLIS, ET LITERAE DOMINICALES.

		Cicli Solis	Lræ dñi.	Feriç				Cicli Solis	Lræ dñi.
B1532	1560	1	GF	☽	B1560	1588	2092	1	GF
1533	1561	2	E	☿	1561	1589	2093	2	E
1534	1562	3	D	♃	1562	1590	2094	3	D
1535	1563	4	C	♀	1563	1591	2095	4	C
B1536	1564	5	BA	♄	B1564	1592	2096	5	BA
1537	1565	6	G	☽	1565	1593	2097	6	G
1538	1566	7	F	♂	1566	1594	2098	7	F
1539	1567	8	E	☿	1567	1595	2099	8	E
B1540	1568	9	DC	♃	B1568	1596	2100	9	DC
1541	1569	10	B	♄	1569	1597	2101	10	B
1542	1570	11	A	☉	1570	1598	2102	11	A
1543	1571	12	G	☽	1571	1599	2103	12	G
B1544	1572	13	FE	♂	B1572	1500	2104	13	FE
1545	1573	14	D	♃	1573	1601	2105	14	D
1546	1574	15	C	♀	1574	1602	2106	15	C
1547	1575	16	B	♄	1575	1603	2107	16	B
B1548	1576	17	AG	☉	1576	1604	2108	17	AG
1549	1577	18	F	♂	1577	1605	2109	18	F
1550	1578	19	E	☿	1578	1606	2110	19	E
1551	1579	20	D	♃	1579	1607	2111	20	D
B1552	1580	21	CB	♀	B1580	1608	2112	21	CB
1553	1581	22	A	☉	1581	1609	2113	22	A
1554	1582	23	G	☽	1582	1610	2114	23	G
1555	1583	24	F	♂	1583	1611	2115	24	F
B1556	1584	25	ED	☿	B1584	1612	2116	25	ED
1557	1585	26	C	♀	1585	1613	2117	26	C
1558	1586	27	B	♄	1586	1614	2118	27	B
1559	1587	28	A	☉	1587	1615	2119	28	A

Cicli ☽ 1	1539	1558	1577	1596	1615	1634	1653	1672	E
Cicli ☉ 1	1532	1560	1588	1616	1644	1672	1700	1728	GF

			Cicli Solis	Lrae dñi.				Cicli Solis	Lrae dñi.
B 1588	1616	2120	1	GF	1616	1644	2148	1	GF
1589	1617	2121	2	E	1617	1645	2149	2	E
1590	1618	2122	3	D	1618	1646	2150	3	D
1591	1619	2123	4	C	1619	1647	2151	4	C
B 1592	1620	2124	5	BA	1620	1648	2152	5	BA
1593	1621	2125	6	G	1621	1649	2153	6	G
1594	1622	2126	7	F	1622	1650	2154	7	F
1595	1623	2127	8	E	1623	1651	2155	8	E
B 1596	1624	2128	9	DC	1624	1652	2156	9	DC
1597	1625	2129	10	B	1625	1653	2157	10	B
1598	1626	2130	11	A	1626	1654	2158	11	A
1599	1627	2131	12	G	1627	1655	2159	12	G
B 1600	1628	2132	13	FE	1628	1656	2160	13	FE
1601	1629	2133	14	D	1629	1657	2161	14	D
1602	1630	2134	15	C	1930	1658	2162	15	C
1603	1631	2135	16	B	1631	1659	2163	16	B
B 1604	1632	2136	17	AG	1632	1660	2164	17	AG
1605	1633	2137	18	F	1633	1661	2165	18	F
1606	1634	2138	19	E	1634	1662	2166	19	E
1607	1635	2139	20	D	1635	1663	2667	20	D
B 1608	1636	2140	21	C	1636	1664	2168	21	CB
1609	1637	2141	22	AB	1637	1665	2169	22	A
1610	1638	2142	23	G	1638	1666	2170	23	G
1611	1639	2143	24	F	1639	1667	2171	24	F
B 1612	1640	2144	25	ED	1640	1668	2172	25	ED
1613	1641	2145	26	C	1641	1669	2173	26	C
1614	1642	2146	27	B	1642	1670	2174	27	B
1615	1643	2147	28	A	1643	1671	2175	28	A

Extima
Intima.

Si vnica litera Dominicalis fuerit è regione Anni oblati, illum pronũtiabis fore communem, ſin duplex, intercalarem, hoc eſt biſextilem, tunc prima & intima deſeruiet vſque ad. 24. Februarij. Secunda & extima in reſiduo Anni adaptabitur.

In Annis virginei partus recto ordine ſigillatim proceden tibus inferne reperies ciclum Solarem, & ibidem inferius è regione literas dominicales, & in circulo tertio inferiore ca‐ racteres planetarum, quibus celebrabuntur calende Iani, In Annis vero præteritis præpoſtero ordine numerabis, & vbi terminabitur numerus Annorum inferne in ſecunda rotula annotatus erit numerus circli Solis, & litera Dñicalis, quæ ſi vnica occurrerit, Annus ille erit cõmunis, ſiue ciuilis, ſin du‐ plex intercalaris, hoc eſt biſextilis, & litera ſuperior deſeruiet à calendis Iani vſq; ad.24. Februarij. Inferior autem in reſiduo

Anni illius. In circulo paruo inferiore erunt calendę Iani,

Carmina computistarum.

Creditur à nono tabulam Dionysius Anno,
Incœpisse suam, quia tunc in virginis Aluum
Descendit Christus, bisextum tuncq́ fuisse,

LVCAS GAVRICVS.

Cyclus erat Solis nonus, quum rector Olympi
In sanctam Christus descendit virginis alunm,
Cyclus erat Solis Decimus, Lunæq́ secundus,
Quum Deus è sancta virgine natus homo est,
Partus & integritas discordes tempore longo,
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

Aphorismi.

Si Annus quispiam verbigene diuidatur per. 28. & nihil remanserit adijcito. 9. & tunc circlus Solis erit nonus.

Si Anni Christianæ lyturgiæ, diuidantur per. 28. & gratia exempli restauerint. 5. Adijciatur ijs. 9. & prodibunt quatuor decim pro cyclo Solari.

Cur Annis Christi seruatoris adijciūtur nouem pro cyclo Solari, huius ratio est, quoniam perhibēt ipsum verbigenam descendisse in virginis aluum Anno. 9. cycli Solaris.

CICLOS SOLIS EPACTAS SVPPVTARE.

Conceptus Natus.

Ciclus Solis.	Literæ dñica.	Aure⁹ num.	Epa-cta.	ANNI CHRISTIANAE SALVTIS.				Ciclus Solis.	Literæ dñica.
9	D C	1	11	0	28	56	84B	1	G F
10	B	2	22	1	29	57	85	2	E
11	A	3	3	2	30	58	86	3	D
12	G	4	14	3	31	59	87	4	C
13	F	5	25	4	32	60	88B	5	B A
14	D	6	6	5	33	61	89	6	G
15	C	7	17	6	34	62	90	7	F
16	B	8	28	7	35	63	91	8	E
17	A G	9	9	8	36	64	92B	9	D E
18	F	10	20	9	37	65	93	10	B
19	E	11	1	10	38	66	94	11	A
20	D	12	12	11	39	67	95	12	G
21	C B	13	23	12	40	68	96B	13	F E
22	A	14	4	13	41	69	97	14	D
23	G	15	15	14	42	70	98	15	C
24	F	16	26	15	43	71	99	16	B
25	E D	17	7	16	44	72	100B	17	A G
26	C	18	18	17	45	73	101	18	F
27	B	19	29	18	46	74	102	19	E
28	A	1	11	19	47	75	103	20	D
1	G F	2	22	20	48	76	104B	21	C B
2	E	3	3	21	49	77	105	22	G
3	D	4	14	22	50	78	106	23	F
4	C	5	25	23	51	79	107	24	E
5	B A	6	6	24	52	80	108B	25	C D
6	G	7	17	25	53	81	109	26	A
7	F	8	28	26	54	82	110	27	B
8	E	9	9	27	55	83	111	28	A

Ciclus Solis eſt ſpacium.28. Annorum Solarium, nõ ꝙ Sol in.28. Annis peragat curſum ſuum in ſignifero, ſed quia in.28. Annis ſolaribus ad ſua reuertuntur principia omnes diuerſitates quę ex litera Dominicali & biſexto contingere poſſunt nam cum dies hebdomadarum ſint ſeptem, & quatuor dumtaxat biſexti quarto quolibet Anno contingant, ſi ſeptem per quatuor multiplicaueris, emerget numerus.28. quem ciclum Solarem vocant.

Si ſcire cupis quotus ſit Annus cycli Solis Annis Chriſti la bentibus, adijcias nouem, & congeriem partire per. 28. & ſi ni hil remanſerit, capias. 28. pro circulo illius Anni. At ſiquid re manſerit illud erit cicli Solis illo Anno Chriſti vertente, Literæ feriarum ſunt ſeptem, A B C D E F G.

Ciclos Lunares decemnouenales, hoc eſt Aureos numeros, & epactas inueſtigare.

Aureus numerus, ſiue ciclus Lunaris idem eſt, quod. 19. circulus, vtpote neomenia, ſinodus, cōgreſſus, coitus, et coniunctio luminarium, ſiue interlunium, nouilunium, Luna ſilens, noua, Aureus numerus eſt reuolutio. 19. Annorum ſolarium, in qua omnis Lunę primationis diuerſitas ad priſtinam reuertitur poſitionem.

Annis Chriſti vertentibus adijcito monadem, ſiue vnitatem. Dein congeries illa diſtribuatur per. 19. & ſi quidpiā fuerit reſidui, erit Aureus numerus. At ſi nihil Aureus numerus erit. 19. vltimus, hoc eſt vnde de viginti, Lunaris enim ciclus diuiditur in ogdecades, & vndecades, vtpote in. 8. &. 11. Annos, ſcilicet. 19. De huiuſmodi Axiomate quidam computiſta ita cecinit,

Annis adde monas domini, partire per vnde et
Viginti, Lunæ ciclus, vt inde fluat.

1550	1
1551	AN 12

Aureum huiuſcemodi numerum Lunarem in Nicena ſynodo celebratiſſima labente humanati verbi Anno. 322. Alexandrini, & Dionyſius Abbas Romanus inſtituerunt, illumqꝫ Enneadecāterida nuncupabant, Ad effugiendas diuiſionis, ſeu diuidēdi difficultates, ſequentes fabrefecimus tabellas, in quarum prima numerorum colūnula leuorſum, erit Aureus numerus, Dein epacta, dextrorſum vero Anni chriſtianæ lyturgiæ vertentes.

De Aureo

Aureus numerus.	Epacta.	Anni Christianæ salutis vertentes.					
1	11	1539	1558	1577	1596	1615	1634
2	22	1540	1559	1578	1597	1616	1635
3	3	1541	1560	1579	1598	1617	1636
4	14	1542	1561	1580	1599	1618	1637
5	25	1543	1562	1581	1600	1619	1638
6	6	1544	1563	1582	1601	1620	1639
7	17	1545	1564	1583	1602	1621	1640
8	28	1546	1565	1584	1603	1622	1641
9	9	1547	1566	1585	1604	1623	1642
10	20	1548	1567	1586	1605	1624	1643
11	1	1549	1568	1587	1606	1625	1644
12	12	1550	1569	1588	1607	1626	1645
13	23	1551	1570	1589	1608	1627	1646
14	4	1552	1571	1590	1609	1628	1647
15	15	1553	1572	1591	1610	1629	1648
16	26	1554	1573	1592	1611	1630	1649
17	7	1555	1574	1593	1612	1631	1650
18	18	1556	1575	1594	1613	1632	1651
19	29	1557	1576	1595	1614	1633	1652

Ex consimili Annorum adiectione in infinitum
procedere poteris.

Quilibet cyclus lunaris, siue Aureus numerus perficitur in.19. Annis solaribus, veluti motus Capitis draconis. In.16. aũt cyclis Lunaribus, vtpote.304. Annis, aureus numerus anticipabit sedẽ suã ĩ calẽdario, ĩtercapedĩe vnius diei naturalis

Aurum (vt inquiunt) dictum fuit ab aura, id est splendore, qui ab illo in nostros iaciitur oculos.

Cur cyclus Lunaris.19. dictus fuit Aureus numerus, Plerique duas potissimum causas assignare nituntur, vel quia sicuti mediante auro omnia fiunt venalia, ita per hosce numeros omnia propemodum festa mobilia reperiuntur,

LVCAS GAVRICVS.

Mobile quodcunque est festum voluentibus Annis,
Aureus indicit numerus, velut inclyta fului
Auri maiestas, sibi vendicat Aurea passim,

Vel quia huiuscemodi varias, multiplicesq; Lunę peragrationes Alexandrini rerum cœlestium perscrutatores celeberrimi ad Romanos tunc rerum dominos in tabella quadam argentea literis aureis sculptas destinarunt.


Nonnulli contendunt, quatenus singulas Lunæ peragrationes reperit Latmius Endimion, qui spacio.30. Annorū per singulas noctes in monte quodam Carię altissimo illam contemplari nō dubitauit, Quam ob causam Luna illum adamasse neutiquam erubuit, veluti lib.3. de Arte amādi ingeniosus Poeta Sulmonensis ita cecinit,

Latmius Endimion non est tibi Luna pudori
Nec cephalus Rosę prędа pudenda Deæ,

Lunæ item circlos primi reperisse feruntur
Harpalus author vetustissimus, Dein Methon Atheniensis rerum cœlestium obseruatores celeberrimi, veluti Rufus Festus Auinio cecinit,

Vt Lunæ spacium redeat, vetus Harpalus ipsum
In proprias sedes momentaq; Prisca reduxit
Illius ad numeros prolixa decamnia rursum,
Adiecisse Methon cecropia dicitur arte,
Sed primeua Methon exordia sumpsit ab Anno
Torreret rutilo, quum Phœbus sydere Cancrum;

TYPVS AVREI NVMERI, EPACTARVM, ET CLAVIVM FESTORVM MOBILIVM.



Annorum epactas confestim explorare.

Epactę gręco vocabulo adiectiones dictę sunt, quę per singulos Annos. 11. dierum accumulantur incremento, excessus quippe Anni Solaris, qui absoluitur intersticio dierum. 365. cum vno quadrante diei, vtpote horis. 6. superat Annum Lunarem communem, qui perficitur in. 354. diebus cum horis nouem fere, exemplo

		D.	H.	M.	S.	
Motus in Anno	☉	365	5	49	36	
	☽	354	8	48	37	subducito
Anni	Ciuilis.	10	21	0	39	Epacte.
	Intercalaris.	11	21	0	39	

Annus Lunę { Communis 354 subducito.
Emolismicus 384
Differentia. 30

Epacta autem græce dicitur ab epy, quod est supra, et aucta, quippe ꝙ tantũdem augetur Annus Solaris supra .12. lunationes, hoc est Lunę peragratiões, Epactæ igitur singulis Annis Solaribus euariant spacio .11. fere dierum, præcisius vero dierum .10. horarum .21. circiter, vel epacta dicitur ab Epy, quod est supra, & adiecta, Epacta non excedit .30.

Epactas Annorum supputare.

Si Aureus numerus multiplicetur per .11. & ab illa congerie (vbi necessum fuerit) diducatur .30. cõfestim prodibit epacta illius Anni. At si epactę iam repertę addantur .11. prosiliet epacta Anni sequentis.

Aure⁹ numerus ☽	Epacta.	Ætas ☽.
1	11	12
2	22	23
3	3	4
4	14	15
5	25	26
6	6	7
7	17	18
8	28	29
9	9	10
10	20	21
11	1	2
12	12	13
13	23	24
14	4	5
15	15	16
16	26	27
17	7	9
18	18	20
19	29	31

Epacta Annorum est excessus Anni Solaris supra Annum Lunarem.
Epacta Mensium est excessus Mẽsis Solaris supra mensem Lunarem.

Aureum numerum & Epactas perscrutari.

Annis Christi adijcias monadẽ, & aceruus ille diuidatur per .19. et si quidpiam post diuisionem remanserit, erit Aureus numerus, siue ciclus Lunaris.

Quem multiplica per .11. & prosiliet epacta. At si excesserit .30. abijciat̃ inde .30. quotiens poteris, & prodibit epacta.

Epactas ætatemꝗ Lunæ inquirere.

	Cap.
Beda in libro de temporibus	57
Rabanus in suo libro	79

Canon

Vide (inquiunt) quotus sit in ordine cicli Lunaris Annus tuus, cuius epactas scire volueris, eosꝗ multiplicato per .11. & productum diuidatur per triginta, residuum vtiꝗ erit epacta, cui si adijciatur vnitas, vtpote primus dies mensis, quem computistę regularem vocãt,

Confeſtim prodibit ætas Lunæ, vtpote quota erit Luna in calendis Iani, videlicet quot dies elapſi fuerint à Lunari ſynodo menſis Decembris ad calendas vſq; Iani, exemplo.

Si ciclus Lunæ eſſet.5.eius epacta erit.25.quibus addita monade, ętas Lunę erit.26.in calendis Iani, verum in Annis.17.18.19.circlo Lunæ, non vnitas, vt in reliquis, ſed adijcito dualitatem duos ſcilicet regulares. in tertio ciclo Lunę correſpōdent.33.multiplicando.3.per.11.& fiet menſis emboliſmicus, & reſidui.3.dies ſeruari debent pro epacta,

Coitiones medias Luminarium reperire.

Ruſtici agricolę, atq; arithmetices ignari numeris epactarum adijciunt tot vnitates, quot effluxere menſes à Martio incluſiue ad menſem vſq;, cuius Lunationem ſcire deſiderāt. Dein producto rurſus exaggerant tot vnitates, quot præteriere dies illius menſis, & vniuerſus ille numerorum aceruus indicabit, quot effluxere dies à Lunatione præterita, quotq; fuerint reſidui ad calcē vſq; illius ſynodi illicet ſequētis, deductis tñ.30. vbi neceſſum fuerit, ſed hęc platica eſt ſupputatio.

Proximior autem veritati foret, ſi diebus, horis atq; earum ſcrupulis ſynodi præcedentis Adijciantur dies.29.horas.12. Minutias.44.vniuerſa qppe congeries illa palā faceret. Dies, Horas, & Minuta ſequentis luminum ſynodi. Deductis tñ ſi oportuerit, diebus.30. vel.31. aut.28.mēſis īmediate pcedētis.

De cyclo Lunari à Ianuario inchoato, Beda libro ſuo de Temporibus, Cap.57.inquit,

Ad inueniendum quota ſit Luna in calendis Iani, ſume ciclum Lunæ, quemuis, vtpote.5.multiplica per.11.fiunt.55.adde vnum ſemper regularem, & erunt.56.partire per.30.remanent.26.ergo.26.fuit Luna in calendis Iani, Anno.5.cicli lunaris, ſed.17.18.19.cicli memorati non vnum, vt in reliquis, ſed.2.regulares addere debes.

Rabanus in libello ſuo de ciclis in ſcripto cap.79.ait, Si velis noſſe quota fuerit Luna In calēdis Iani, verbi gratia Anno primo Lunari, qui eſt.4.cicli.19.ſume ☽ primū ciclū, multiplica per.11.et adde vnū regularē, hoc eſt diē calendarū Iani fiūt 12.ergo Anno primo cicli ☽ fuit Luna in caleñ.Ianuarij.12.

Epactę ſunt dies excreſcentes ſupra lunationes.

Anni	Epactę
1	11
2	22
3	3
4	14
5	25
6	6
7	17
8	28
9	9
10	20
11	1
12	12
13	23
14	4
15	15
16	26
17	7
18	18
19	29

Multiplica Annos per 11.productū diuide p.30. reſiduū erit Epacta illi' Anni.

MENSIVM EPACTAE.

	D.	H.	M.	2.	3.
Ianuario.	1	11	15	56	57
Februario.	29	11	15	56	57
Martio.	1	9	47	50	51
Aprili.	1	21	3	47	48
Maio.	3	8	19	44	45
Iunio.	3	19	35	41	42
Iulio.	5	6	51	38	39
Augusto.	6	18	7	35	36
Septemb.	7	5	23	32	33
Octob.	8	16	39	29	30
Nouemb.	9	3	55	26	27
Decemb.	10	15	11	23	25

Annis Bisextilibus adde diebus vnitatem.

		Horis	Minutis	2.	3. nihil.	
Ianuario.	1	11	15	56	57	
Februario.	29	11	15	56	57	
Regularis.	1	0	0	0	0	
Februario.	30	11	15	56	57	Bisextili
Martio.	2	9	47	50	51	

EPACTAE ANNORVM.

Anni	D.	H.	M.	2.	3.	4.
1	10	15	11	23	24	14
2	21	6	22	46	48	28
3	2	8	50	7	9	43
B 4	14	0	1	30	33	57
5	24	15	12	13	58	11
6	5	17	40	14	19	26
7	16	8	51	37	43	40
B 8	28	0	3	1	7	54
9	9	2	30	21	29	9
10	19	17	41	44	53	23
11	0	20	9	5	14	38
B 12	12	11	20	28	38	52
13	23	2	31	52	3	6
14	4	4	59	12	24	21
15	14	20	10	35	48	35
B 16	26	11	21	59	12	49
17	7	13	49	19	34	4
18	18	5	0	42	58	18
19	28	20	12	6	22	32
B 20	10	22	39	26	43	47
40	21	21	18	53	27	34
60	3	7	14	17	8	22
80	14	5	53	43	52	9
100	25	4	33	10	35	56

Aegyptij siue Memphitici vates, qui semper syderum cursus accuratissime obseruabant primum Annos in menses diuiserunt. Si Diadoro siculo creditur ab Aegyptijs omnis græcorum sapientia est deriuata, scribitq́ Herodotus libro. 2.

Orpheum Museum, Melampodem, Dedalum, Homerum poetam, & Lycurgum ad Aegyptios disciplinę gratia nauigasse, Deinceps Solonē Athéniensem, Pythagorā Samium, Platonem, Eudoxum, & Democritum omnem ab Aegyptijs cœlestem didicisse disciplinam,

Menses vt non nulli perhibent dicti sunt à mensura, quoniam vnusquisq́ mensis certis diebus mensuratur.

Mensibus ipsa dedit cognomen menstrua phœbe

Naturaliũ mensiũ duæ sunt species, Solis vna, Lunæ altera ex Solis peragratiōibus sub eclyptica Solis orbita, pficitur mensis solaris, dum vnumquodq́ signũ permeat motu proprio, vnde Mantuanus Homerus primo Georgicorum ait,

Iccirco certis dimensum partibus orbem,
Per duodena regit mundi sol aureus Astra,

Hmōi aũt mēses nō sunt ęque pares inter se, qppe q̄ ☉ sub

Gr.						
124	♈	♉	♌	♍	31	Diebus commoratur.
64	♊	♋			32	
120	♎	♏	♒	♓	30	
58	♐	♑			29	
366						

♈	31	♎	30
♉	31	♏	30
♊	32	♐	29
♋	32	♑	29
♌	31	♒	30
♍	31	♓	30
	188		178
			Dies

Initium Anni auspicantur Ab	Die	
Ecclesia	25	Decembris
Romani Reges	1	Iani
Veneti	1	Martij
Florentini	25	Martij
Pisani	25	Martij

Florentini Annum. 1550. incipiunt die. 25. Martij. Veneti calen. Martij, vsq́ ad illos, dicunt. 1549. perinde ac si Christus

fuerit ante natus ꝙ conceptus, verũ Pisani longe melius post 25. diem Martij numerant. 1551. Mensis naturalis est spacium tẽporis, in quo Sol. 12. cœli partẽ, hoc est vnũ peragrat signũ Mẽsis pagrationis Lunę cõstat ex diebus. 27. &. 8. horis, vnde

Percurrit cœlum viginti Luna diebus,
Septenisq; suum, bis quatuor insuper horis,

Lunaris item Mensis est temporis spacium à neomenia, siue Luna noua in alteram neomeniam, hoc est synodum ĩmediate sequentem,

Luna proprio motu medio, singulos suos mẽses peragrat in diebus. 29. horis. 12. Minutis. 44. 2. 16. fere.

Vnde ingeniosus Poeta. 3. Fastorum.

Luna regit Menses, huius quoq; tempora mensis
Finit Auentino Luna colenda iugo,

De Mensibus. 10. in Romuli Anno, Ouidius primo
Fastorum ita eleganter cecinit,

Tempora digereret quum conditor vrbis, in Anno
Constituit menses quinq; bis esse suo,
Scilicet arma magis ꝙ sydera Romule noras,
Curaq; finitimos vincere maior erat,
Est tamen & ratio Cæsar, quæ mouerit illum
Erroremq; suum, quo tueatur habet,
Quod satis est, vtero matris dum prodeat infans,
Hoc Anno statuit temporis esse suo,
Per totidem menses à funere coniugis vxor
Substinet in vidua tristia signa domo,
Hæc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Quum rudibus populis Annua iura daret,
Tertio Fasto. Nec totidem menses, quot nunc, habuere calendas,
Ille minor geminis mensibus Annus erat,
Ergo animi dociles, & adhuc ratione carentes,
Mensibus egerunt lustra minora decem,
Annus erat decimus, quum Luna receperat orbem,
Hic numerus magno tunc in honore fuit,
Seu quia tot digiti per quos numerare solemus,
Seu quia bisquino fœmina mense parit,

Seu

Seu ꝙ ad vſq; decem numero creſcente venitur,
Principium ſpacijs ſumitur inde nouis,
Inde patres centum denos ſecreuit in orbes,
Romulus haſtatos,conſtituitq; decem,
Aſſuetos igitur numeros ſeruauit in Anno,
Hoc luget ſpacio fœmina meſta virum,
Romulus à Martio menſes auſpicabatur.
Primo Faſto. Martis erat primus menſis,Venerisq; ſecundus,
Hæc generis princeps, ipſius ille pater,
Tertius à ſenibus,iuuenum de nomine quartus,
Qui ſequitur numero turba notata fuit,
Deniq; quiſquis ab hoc fuerat quintilis,& inde
Incipit à numero nomina quiſq; ſuo,
Neu dubites primę fuerint quin ante calendę
Martis,ad hæc animum ſigna referre potes,
Laurea flaminibus,quæ toto perſtitit Anno,
Tollitur,& frondes ſunt in honore nouę,
A te principium Romano ducimus Anno,
Primus de patrio nomine menſis erit,
Vox rata fit,patrioq; vocat de nomine menſem,
Dicitur hæc pietas grata fuiſſe Deo,
Aprilis,Neroneus à Nerone.
Neue ſequuturi poſſent neſcire nepotes,
Tempora Dijs generis continuata dedit,
Sed Veneris menſem graio ſermone notatum
Auguror,à ſpumis,eſt Dea dicta maris,
Non tibi ſit mirum Graiorum nomine dici,
Itala nam tellus Gręcia maior erat,
Venerat Euander plena cum claſſe ſuorum,
